¶ De oculis nouē affert ꝯcluſiones: tres qdem ex lippitudinibus quę ab oculis, exeūt: ꝛ ſex ex figura oculoꝝ. Uerum aiaduerte ꝙ oculus ὀφθαλμόσ gręce dicit̄: continentur ꝟo oculi intra genas, dicti quaſi occulti: iacent. n. ſub ciliys ꝛ genis. Arīles ꝑ hyſto. Oculi his ſubiacent duo legitimo. ſ. naturę officio: quoꝝ partes ſuperius, iſeriuſue regētes, palpebrę appellant̄. Pilos, qui extremo palpebrarum ambitui adherent, ciliū noiamus: humor oculi iterior, quo videmꝰ: pupilla eſt: qđ eam ambit, nigrū dicit̄: qđ poſtremo nigru₃ circūdat, candidu₃ ſiue albugo. Pars cōis ſuperioris iſerioriſq₃ palpebrę angulus eſt, quē duplicem vterq₃ oculus habet: alterū iuxta naſum, alterū iuxta tempora. ¶ Quo ꝟo ad phyſiognomiā attinet, aiaduerte, ꝙ phyſiologi per oculos multifariā aīę mores nati ſunt: q₂ aut ab exeuntibꝰ, aut ab eoꝝ ſuba: aut ab eoꝝ coloribus: aut a figura: aut a pōne: aut a motu: aut ab eo: qđ in eis ꝑtinet. Arīles tamē bifariam per oculos phyſiognomiçat, qm̄ ab exeūtibus, ꝛ a figura. ¶ P. Aiaduerte ꝙ nōnunq₃ ab oculis exit non nihil, veluti veſſiculę: quę gręce cyſtes dicūtur, aliquādo lippitudines appellant̄, hę cadere poſſunt, aut ꝓpter cerebri debilitatem, aut ꝓpter humoris ſupfluitatem: ſi ꝓpter cerebri debilitatē, ſic ſunt ebrij. Uinū eni cerebrū (vt dicūt medici) maxie debilitat: ꝛ inde lippę dependēt: quare qbus lippę ab oculis defluunt, ijs cerebrū debile eſt, ꝛ ita facile inebriant̄. Sin aūt ꝓpter humoris ſuperfluitatē lippę cadūt, vel ꝑ ſe, vel quādo ex ſomno ſurgūt: vtroq₃ mō argumento nobis ſit, vt homines ſint ſomni amatores. Nam, vt Galenus in techna inquit. Qui cerebrū habēt humidum, ij amatores ſomni ſūt: ꝓpterea inqt. Adhuc qbus ex ſomno ſurgentibꝰ, dependent lippę, quę ſunt in oculis, ſubaudi ij ēt amatores ſomni ſunt. hęc de exiſtētibus Arīles aſſerit. Attēde tamē, ꝙ argumētū phyſiognomicū, qđ ab oculis accipit̄, Palemon magnifec, ex eo: q₂ oculi ſunt veluti animi feneſtrę. Galenus etiā eo libro, quem de craſi inſcribit, ait oculos eſſe aut cerebri partes ab eo deciſas, aut ab eo exortas. Cōſtat autē cerebrū potiſſimum eē in moribus: eſt. n. vnu₃ inter principalia mēbra: Cōmentarius

Ayuntamiento de Madrid

qđ eſt ſenſuũ atq̃ motuũ principiũ: hęc ex exeũtibus. De figura etiã oculoꝝ ſex cõcluſiones ponit. Uerum circa 6^am ⁊ 9^am aiaduerte ꝗ oculi eminẽtes, ſunt qui ſimplr̃ extrinſecus eminent, vt aſinoꝝ oculi, ⁊ iſti indices ſunt fatuitatis: q̄ eſt ꝓprietas aſini. Oculi ꝟo parum plus eminẽtes, ſunt oculi bouum, qui ſimplr̃ extrinſecus nõ eminent: ſed hñt plus de eminentia q̃ de cõcauitate: ⁊ iſti indices ſunt mãſuetudinis, quę eſt bouis ꝓprietas. ¶ Aiaduerte phõs nõ eodẽ diſſerere de oculoꝝ figura. Nam q̄dam oculoꝝ figuras reduxerunt ad virtutẽ generatiuam: alij ad elementarias qualitates. Democrit⁹ abderita oculos magnos oꝛiri aſſerit ꝑꝑ humiditatem: quę cã eſt amplificationis. Herophilus ꝓpter ignẽ, ⁊ caloꝛem: calidi eni eſt amplificare. ¶ P. Democritus oculũ paruũ eſſe ait: ꝓpter frigiditatem coartantem: alij ꝓpter ſiccitatẽ cõpꝛimentem. Adhuc Democritus oculos eminere dicit ob humiditatẽ: alij ob caliditatem. Galenus hęc ad virtutẽ foꝛmatiuam reducit, quę in ſemine a parẽtibus deducit: ꝓpter hanc cãm magnũ oculum Galenus, veluti magnum caput, laudat mõ ſit debitę conſtitutus figura / ſitu / lõgitudine, ⁊ virtute. Sic. n. ex materię abundantia exoꝛit, ⁊ ex virtutis foꝛmatiuę bonitate: cũ ꝟo ſitu, eminentia, cõtoꝛſione, ſtraboſitate fuerit ꝯſtitutus: magnũ oculum non laudauit: paruũ etiam nõ vituperat, mõ ſit bñ cõſtitutus in omnibus. Ariſtoteles laudauit mediũ in omnibus: verum de his ad medicos.

De fronte

Corrupte legitur in greco verbum ſagaces συνε/φὲσ Collectã nebuloſã Trãqllã

¶ Qui frõtem paruam habent, indiſciplinabiles referuntur ad ſues. Qui ꝟo valde magnã habent, tardi: referuntur ad boues. Qui rotũdam habẽt, inſenſati: referũtur ad aſinos. Qui autẽ aliquãto minus planam habẽt, ſagaces: referuntur ad canes. Qui ꝟo quadrangulum cõmẽſuratum fronti habẽt, magnanimi: referuntur ad leones. Qui ꝟo collectam habẽt, adulatores: referuntur ad paſſionem, quę fit. Uidebit eni vtiq̃ quiſpiã in canibus: ꝙ canes quãdo blãdiuntur, collectam habẽt frõtem. Qui ꝟo nebuloſam habẽt, audaces: referuntur ad taurum ⁊ ad leonẽ: qm̃ igitur nebuloſus habitus audaciã ſigñat. Collectus ꝟo adulationẽ: habitus vtiq̃ inter hos medius: decẽti⁹ ſe hꝫ. Qui triſtem frontem hñt, męſti: referũtur ad paſſionẽ: qm̃ męſti triſtis frõtis ſunt. Qui autem demiſſam, lamentabundi: referunt ad paſſionem: quoniam lugẽtes demiſſę frõtis ſunt.

Indiſciplinabiles — Frons parua — ad ſues



Tardi — Ualde magna — ad boues



Inſenſati — Rotunda — ad aſinos



Sagaces — Aliquanto minus plana — ad canes



Magnanimi — Quadrangulata ⁊ cõmẽſurata — ad leones



Adulatores — Collecta tenſa — ad canes blãdẽtes ad paſſiones



Audaces — Nebuloſa — ad leonem taurum



Męſti — Triſtis — ad paſſionem



Lamentabundi — Demiſſa — ad paſſionem



Cõmentarius

¶ De fronte iterum nouem ꝯcluſiones affert. Uerũ anteq̃ de his aliq̄d diſſeratur, quid ſit frons dicamus. Frõs itaq̃ gręce eſt μέτωπον, dicta q̄dem (auctoꝛe Uarrone) frons ab oculoꝝ foꝛatu: hęc quidẽ a dextra, ⁊ ſiniſtra: timpoꝛib⁹. a ſuperioꝛi, capilloꝝ radice: ab inferioꝛi ꝟo parte: ſupcilijs terminata eſt. Ari^les hyſto. pꝛimo. pars faciei frons, quę ſub ſincipite poſita, inter id ipm, ⁊ oculos eſt. ¶ Quo ꝟo ad cõcluſionũ ꝟba attinet, aiaduerte collectam frõtẽ eſſe idem qđ tẽſa, vel tranq̄lla frons. Tranq̄llus eni eſt aer, cum non agitatu vẽtoꝝ huc illuc mouet: nebuloſa ꝟo frons, eſt, quę admodum nubiũ huc illuc mouet. collecta hoc eſt tenſa / q̄ adulatiõis index eſt. Patet eni hoc ex paſſiõe, nã cũ blandimur, tranquillã frontem, ⁊ collectam habemus: idem ex canibus patet, qui cũ blandiũtur: collectam frontem habẽt. Nebuloſa ꝟo frons ⁊ turbida index eſt audacię: patet hoc ex tauris, ⁊ leonibus, qui cũ audent, frontem turbant. Amplius triſtis frons eſt coꝛrugata frons: hęc index eſt męſtitię. Qui. n. męſtus eſt, frõtẽ coꝛrugat. Demiſſa ꝟo frons, eſt obſcura, qualis illa flentis. Contra ꝟo, clara eſt frons hilaris: hęc de cõcluſionibus. Aiaduerte totũ hunc textũ in codicibus gręcis, qui apud me ſunt: eẽ coꝛruptũ: ⁊ ideo cum legiſſem multos codices, ꝟba Ari^lis ita viſa ſunt mihi, ꝙ ſi alicui alteri aliter: ⁊ quidem melius, videretur: eius laboꝛem non recuſarem.

De capite

¶ Qui caput magnum habẽt, ſenſati: referũtur ad canes. Qui ꝟo paruum, inſenſati: referunt ad aſinos. Qui capita acuta hñt, inuerecundi: referuntur ad hñtes vngues curuos.

Ayuntamiento de Madrid




Cõmentarius ¶ De capite ponit tres concluſiones.verum anteq̃ afferantur animaduerte q̧ caput grece κεφαλὴ dicitur.Eſt autez caput,vt placet Ariſtoteli hyſto.primo,id totuz,quod collo ſuſtentatur:capitis autem pars:quę capillis intecta eſt: calua appellatur.Martialis 3°.Pſiltro facieq̃ leuas ⁊ oro pace caluam.cuius pars prior ſinciput nouiſſime conſiſtere ſolita.Juuenalis.Comedam ego flebile nati ſinciput elexi.Perſius quo vſq̃ tendat generali quadam diuiſione declarat dicẽs.Mihi feſta luce coquatur vrtica ⁊ fiſſa famoſum ſinciput aure.Jnquit Ariſtoteles.Omium enĩ oſſiũ corporis vltimuz id concreſcit,⁊ induratur.Poſterior occiput eſt.Perſius,Occipiti cęco poſtice occurrite ſanne.Solet etiam dici occipitium:vt Plautus in adularia,quę in occipitio quoq̃ habet oculos peſſima.Media inter ſinciput ⁊ occiput,vertex.Juuenalis.Tot res impoſitas capiti,quas recto vertice portat.Et ibidem Ariſtoteles verticem caluę medium diſcrimen:⁊ ęquamentum capillorum vocamus: qđ nõnullis geminum eſt.Sũt eniz qui facti a natura:biuertices ſint.verũ non oſſe,ſed capillis ęquamẽto.¶ His expoſitis,ponit concluſiones,primam quidem,cum inquit.Qui caput magnum habent:ſenſati:⁊ per magnum caput,intelligit non magnitudine oſſium,⁊ carnis,ſed magnitudĩe cõtentorum:⁊ pręterea intelligit modo ſit bene conſtitutum.Pomiliones enim capita magna habent,⁊ ſunt male ſenſati,quoniaz non bene cõſtituta illa habẽt.Et per ſenſatos,ſagaces intelligit:⁊ refert hoc ad canes,non quidem ad oẽs, ſed ad ſagaces,qui veſtigiarij dicũtur:q̧ feras veſtigijs inueniãt.Poteſt etiam hoc referri ad cauſam naturalez:quoniam cum caput fuerit magnum,cerebrum erit magnum: ⁊ cum cerebrum ſit oĩum ſenſuum principiuz,caput,ſi magnum ſit,erit multi ſenſus.¶ Scđam ponit,⁊ inq̃t,Qui vero paruum habent,ſed inſenſati,probatur:q̄ referunt̃ ad aſinos,quorum caput eſt paruuz paruitate ꝯtentoruz.¶ Tertiaz ponit,⁊ inquit.Qui capita acuta habent eo modo,quo corui,⁊ cornices,ſunt inuerecundi,probatur:quia referunt̃ ad aues quę curuos vngues habent,quę etiam acuta capita habent,vt corui ⁊ cornices,⁊ id genus.¶ Aiaduerte q̧ phyſiologi cõſiderantes caput,tria potiſſimuz inſpexerũt, magnitudinem,figuram,⁊ diſpoſitionem.De magnitudĩe itaq̃ dixerunt quemadmodum de pectoris magnitudine: vt eniz pectus paruum malum eſt,ita quoq̃ caput paruuz: pectus autem paruum ideo malum eſt q̄ pulmonis,⁊ cordis domicilium eſt.Hęc eniz membra quum dilatantur,⁊ conſtringuntur,loci amplitudine indigent.Cum eniz pect⁹ paruuz fuerit,cor moueri non poteſt,vt decet:⁊ ita calor naturalis ſuffocatur,debiliſq̃ redditur.Hinc indigeſtio emergit:ex indigeſtiõe vero ſuperfluitates,quę delatę ad cor,⁊ ad pulmonem,peripleumoniaz,⁊ alios morbos generãt:redduntq̃ vniuerſum corpus debile.Eadez ratione ⁊ paruum caput vituperatur,⁊ magnum laudatur,maxime ſi magnũ caput cum bona diſpoſitione fuerit:de qua poſtea.Cuz eñi caput magnum fuerit,aptum redditur virtutib⁹ ſenſitiuis: ⁊ motiuis:a magnitudine etiam capitis oculi parui fiunt:et beneuidentes:eſt enim cerebruz animalis ſpiritus receptaculum:⁊ propterea oculi,⁊ potiſſimum pupilla reddit̃ parua,⁊ ita fortis ad recipiendum radium viſualem.Signum autem,q̄ cum videre bene enitimur,oculos claudimus,et pupillas cõſtrigimus.hęc de magnitudĩe.¶ De figura vero: dixit Galenus optimi capitis figuraz eſſe:quę vergit ad rotunditatem/ex vtraq̃ parte leniter pręſſam:nec ab ratione quidem/nam rotũdũ,vt geometrę dicunt,eſt capaciſſimũ. Poteſt enim caput octo modis/in figura ſe habere:propter quatuor eius partes,quę ſunt ſinciput,⁊ occiput,⁊ duo timpora/dextrum ⁊ ſiniſtruz.Juxta ergo timpora quadrifariã caput inueniri poteſt,quoniam vel,vtraq̃ timpora creuerunt ſuperfluo tumore:vel defecerunt valde,vel dextrum creuit,⁊ ſiniſtrum defecit,vel contra.Juxta vero ſinciput et occiput etiam quatuor modis ſe habere poteſt,quoniã vel hęc ambo creuerunt,vel hęc ambo defecerunt,vel occiput defecit,⁊ ſinciput creuit,vel contra:⁊ ſic his octo modis caput vituperatur in figura:quare bona capitis figura eſt,vt ſinciput ⁊ occiput vergant ad rotundum,⁊ ſit a timporib⁹ leuiter pręſſum.Ex his ſequitur quid ſit caput bene diſpoſitum:eſt eniz caput bene diſpoſituz/qđ congregat bonã magnitudinem,⁊ bonam figuram.Huius ſigna Galenus in techna aſſignauit.Hinc tollitur inter dicta Ariſtotelis cõtrouerſia:nam in libro ploblematum laudauit caput paruuz, quod ideo laudauit,q̄ per paruum intellexit:paruitate cõtinentium:quę tamen ſunt magna magnitudine contentoꝝ: hic vero laudat magnum magnitudine contentorum:aſinoꝝ: enim capita magna ſunt oſſium ⁊ carnis magnitudine.Canum vero cerebri:⁊ ideo laudat canum caput:aſinorum vituperat.Hęc de capite. ꝑti^la^.30. cap.3.

¶ Qui aures paruas habẽt,ſymiales.Qui vero magnas:aſinini.videbit autez vtiq̃z quis ⁊ canum optimos moderatas aures habere. De auribus




¶ Nunc de auribus:verum anteq̃ ad concluſiones veniã: dicamus q̧ auris grece dicitur οὖς/eſt autem auris capitis pars,qua audimus:ita vt nulla ſpiratio deſideretur:erat.n. Alcmeon qui capras per aures ſpirare credebat:auris ps exterior/cui auriculę nomen eſt,parte cõſtat ſuperiore pinna:inferiore/fibra:tota autẽ ipſa ex cartilagine/carneq̃ cõſtituta eſt.At pars interior forma/anfractui cochleę ſimilis deſinit in os:quod auriculam plane imitatur,in qđ quaſi nouiſſimum vaſculum ſtrepitus deuenit.Ariſtoteles pręterea hyſto.primo.Auriũ talem ponit diuiſionem,⁊ phyſiognomoniam:vt alię ſint lenes,alię piloſę,alię inter has medię.Jtem alię maiores,alię paruę,alię mediocres,⁊ aut nimium,aut parum:aut mediocriter arrectę:notam morum Cõmentarius

Ayuntamiento de Madrid

optimoꝛuꝫ habent,quę mediocres.atq̄ magnę arectęq̄ vl⸗tra moduꝫ ſtultitię indices ſunt:aut loquacitatis.Aures bo⸗nę ac optimoꝛum moꝛum indices,vt Loxus inquit,ſemi⸗circulares ſunt,cōnexa linea in medio,aliqua ex parte cõpreſſa verſus centrum:magnitudine mediocres:capita de⸗center adherentes,mediocriter piloſę,ſic eni̅ ſignificāt vir⸗tutem ſeminalem,quę eas foꝛmauit,fuiſſe pollenteꝫ,⁊ opti⸗mam,quę ſi fuit bona:cętera moderate ꝯfecit.¶ His decla⸗ratis,ponit duas concluſiones,quaruꝫ pꝛima eſt,qui aures paruas habent,ſunt ſymiales:hoc eſt maloꝛum moꝛum,vt ſtolidi,fures,⁊ libidinoſi,ꝓbatur:q2 referuntur ad ſymias. Secūda v̄o eſt,qui aures magnas habent ſunt aſinini:hoc eſt inſipientes,pꝛobatur:q2 referuntur ad aſinos.Hinc ſe⸗quitur aures medias eſſe indices bonoꝛum moꝛū,⁊ hoc in⸗quit.Uidebit autem vtiq̄ quiſpiam ⁊ canum optimos ma⸗gnitudine,figura,⁊ diſpoſitiōe mediocres aures habere,vt Loxus pꝛobauit.Hęc de auribus.

De coloꝛibus ¶ Qui valde nigri:timidi: referuntur ad ęgy⸗ptios ęthiopes.Qui auteꝫ albi valde:timidi, referuntur ad mulieres.Coloꝛ autem,qui cō⸗fert ad foꝛtitudinem:medius boꝛuꝫ opus eſt, vt ſit.Qui flaui ſunt:animoſi ſunt: referuntur ad leones.Qui valde rubei ſt̄,aſtuti ſt̄ referū⸗tur ad vulpes.Qui v̄o pallidi,atq̄ coloꝛe tur⸗bati:timidi,referuntur ad paſſioneꝫ,quę eſt ex timoꝛe.Qui autem ſunt mellei coloꝛis:infrigi⸗dati ſūt:frigida auteꝫ difficulter mobilia: dif⸗ficulter auteꝫ exiſtentibus mobilibus his,quę ſunt ſm̄ coꝛpus,erunt vtiq̄ tardi.Quibus co⸗loꝛ ruber eſt,acuti:quoniā omnia quę ſunt ſm̄ coꝛpus:motu calefacta,erubeſcūt. Quib⁹ v̄o coloꝛ flāmeus:maniaci:q2 ea ſꝫ coꝛpus valde calefacta,flāmeum coloꝛem habent.Qui autē ad ſūmum calefacti ſunt,maniaci vtiq̄ ſunt.

























¶ Hactenus Ariſtoteles phyſiognomicauit per particula⸗res diſpoſitiones coꝛpoꝛis:quę ex particularibus membꝛis colliguntur:nunc v̄o per vniuerſales diſpoſitiones,vt per coloꝛem,piloſitatem,vocem,⁊ id genus:⁊ pꝛimo quideꝫ ꝑ coloꝛes,tāq̄ pꝛimo nobis occurrentes.Uerum anq̄ ad cō⸗cluſiones veniamus,de coloꝛibus quędam cōmunia tranſi⸗gamus.De coloꝛibus igitur omnes cōueniunt duos eē ex⸗tremos album ⁊ nigrum,cęteros v̄o pꝛęter hos medios eē omnes,⁊ finitos,album quidem ⁊ nigruꝫ extremi ſunt,qm̄ reſpectu viſus alter in extremo diſgregat,alter congregat: cęteri diſgregant,⁊ congregant magis atq̄ minus pꝛo rōne pꝛopinquitatis ad hos ſm̄ magis ⁊ minus.De nūo v̄o me⸗dici coloꝛes enumerant per craſum hoc eſt complexionuꝫ, vt verbis eoꝛuꝫ vtar,numero.Aſtronomi v̄o non vna ra⸗tione,nam alij pꝛo numero planetaruꝫ,alij pꝛo numero re⸗gionum ⁊ climatuꝫ,vt Maternus autumat.At Ariſtoteles libꝛo de ſenſu ⁊ ſenſibili pꝛo numero ꝓpoꝛtionum:quę ſen⸗ſibiliter contingere poſſunt ex miſtione albi ⁊ nigri.Ueruꝫ de his ad libꝛū de ſenſu ⁊ ſenſato.¶ His ſuppoſitis,pꝛimā concluſionem ponit,⁊ inquit.Qui valde nigri:timidi,ꝓbat: q2 referuntur ad ęgyptios ęthiopes.Medici v̄o cauſaꝫ p̄⸗bent,qa tales ſunt melancholici:quoꝛum pꝛopꝛietas eſt ti⸗miditas.Scdam ponit,⁊ inquit.Qui v̄o albi valde,etiā ti⸗midi,pꝛobat,⁊ inquit.Referuntur ad mulieres.medici v̄o pꝛobant ex eo:q2 ſunt flegmatici,atq̄ frigidi:quoꝛum affe⸗ctio peculiaris eſt timoꝛ.Ex his concludit,quis coloꝛ cōue⸗niat foꝛtitudini,⁊ inquit.Coloꝛ autem qui confert ad foꝛti⸗tudinem,medius hoꝛum opus eſt,vt ſit:quoniam foꝛtitudo eſt virtus media audacię ⁊ timoꝛis.Sed dices albū non fa⸗cit ad audaciam:⁊ ita lꝫ nigrum faciat ad timoꝛem:cum al⸗bum non faciat ad audaciam:non videtur ꝙ foꝛtitudini cō⸗ueniat coloꝛ medius:dicēdum ꝙ coloꝛ medius ꝯuenit foꝛ⸗titudini:non qa extremi conueniant extremis foꝛtitudinis: ſed q2 medius coloꝛ recedit ab albo ⁊ nigro:quę conueniūt timoꝛi,qđ eſt alterum foꝛtitudinis extremum:recedere v̄o ab altero foꝛtitudinis extremo eſt accedere ad medium:in quo foꝛtitudo conſiſtit.Deinde ponit tertiam concluſioneꝫ ⁊ inqt.Qui flaui ſunt:animoſi ſunt,pꝛobat:q2 referunt̄ ad leones:qui ſunt aurei flaui,atq̄ arenoſi.Deide ponit quar⸗tam,⁊ inquit.Qui valde rubei ſunt:aſtuti ſunt,pꝛobat:quia referuntur ad vulpes:quibus Phi dant aſtutiaꝫ.Aiaduer⸗te non ſolum vulpem,ſed etiaꝫ cętera animalia rubea are⸗noſa eſſe

Cōmentariuꝫ

noſa eſſe aſtuta:vt ſunt lepus, caprea,ceruus, aper,lupus, ⁊ id genus. In his eniꝫ cuꝫ venati ſumus ipſa,magnas aſtutias obſeruauimus. Eſopus tamẽ in apologis ſemper vulpi pręhuit aſtutiam. Deinde ponit quintam concluſioneꝫ,⁊ inquit. Qui ꝟo pallidi,atqꝫ colore turbati ſunt,ita vt peccię in corporis ſuperficię veluti nubes cernantur,hi ſunt timidi,probat:quia referuntur ad paſſionem:quę fit ex timore. Loxus phyſiognomon exptiſſimus loquẽs de colore pallido,aſſerit ſe vnqꝫ virum pallidum vidiſſe,qui non eẽt vitioſus,⁊ malignus.vnde Plutarchus in vita Cęſaris,inqt. Brutus Cęſari ꝑterea ſuſpect⁹ habebatur:idcirco ad amicos olim dixiſſe fertur,quidnam Caſſium velle putatis. Haud enim mihi magnopere placet is magnopere pallidus. Rurſus delata ad ſe de Antonio,⁊ Dolobella calũnia ꝙ res agnouerat,non hos inquit pingues crinitoſqꝫ pertimeſco:verum pallentes magis atqꝫ macilentos illos Brutum,vꝫ,⁊ Caſſium:per quę datur intelligi nullum eſſe hominem pallidum:ſine vitiorum atqꝫ malignitatis cumulo. Animaduerte pallidum peccatum eſſe timidum,quoniã arguit miſturam flegmaticam,⁊ melancholicam. Ariſtoteles tamẽ retulit ad paſſionem/quę fit in timore:nam timore in anima facto:corpus palleſcit cum peccys,⁊ hęc ratio ſufficit phyſiognomiçanti. Rationes ꝟo,quę dãtur per cauſas naturales:tranſcendunt phyſiognomicam facultatem.attinent enim ad ſuperiorem ſubalternantemqꝫ ſcientiam. Deinde ponit ſextam,quę eſt,ꝙ homines colore mellis colorati,in actionib⁹ ſint tardi,probat:quia iſti ſunt frigidi,ſupponit enim mellinum colorem proficiſci a natura frigida: quę nunc omittamus. Frigidi autem ſunt imobiles,⁊ tardi. vnde inquit. Qui auteꝫ ſunt mellei coloris,ſunt via aduſtionis infrigidati:frigida autem ſunt difficulter mobilia:difficulter autem exiſtẽtibus mobilibus his ſpiritibus ⁊ humoribus:qui ſunt ſm corpus,motus qui ſunt ſm animam:erũt tardi:ergo recte dictum eſt,homines quorum color melle⁹ eſt,in actionibus eſſe tardos. Deinde ponit ſeptimam concluſionem,⁊ inquit. Quib⁹ color ruber eſt,ꝗ ſunt acuti:quoniam rubedo fit a motu calefaciente:vbi ꝟo motus calefaciens eſt,ibi eſt ſpirituum ſubtilitas,⁊ ſic ſunt acuti,vnde inquit. Quoniaꝫ omnia quę ſunt ſm corpus,vt motus,humores ⁊ ſpiritibus in talibus,motu calefacta:rubeſcũt in corpore:⁊ ita rubedo erit a poſteriori ſignum caliditatis ſpirituum:⁊ per conſequens ſubtilitatis. Deinde ponit octauaꝫ,⁊ inquit, Quibus ꝟo color ita ruber eſt,vt ſit flammeus,ꝗ ſunt maniaci,ac rabioſi,probat:quia quę flãmeum coloreꝫ habent,habẽt omnia,quę in corpore ſunt,valde calefacta: ⁊ ſic via aduſtionis rabioſi videnẽ:⁊ hoc ſupplet, Qui autẽ ad ſũmum calefacti ſunt,maniaci itaqꝫ ſunt. Quare valde flãmei maniaci ſunt. Eſt ergo diſcurſus:qui flãmeuꝫ habẽt colorem,valde calefacti ſunt via aduſtionis,valde calefacti ſunt maniaci.ergo qui flãmei ſunt,maniaci ſunt.¶ Dixit Loxus experientia ſe obſeruaſſe hominem,cuius naſus et maxillę epatico colore rubent:eſſe omni vitio horrẽdo affectum,vt libidine/vinolentia/crudelitate,⁊ cęteris id gen⁹ repletum. Hęc de coloribus generatim ſufficiant.

De epatico colore

De pectoris colore

Quibus ꝟo,circa pectus ſuperflãmeus eſt color:malę irę ſunt:referuntur ad paſſionem. Iratis enim:ſuperinflãmanẽ,q̃ circa pectus.




Nunc particulatim per colorẽ pectoris docet phyſiognomiçare. Et ponit hanc concluſionem. Quibus pectus,⁊ quę circa pect⁹ ſuperflãmeo colore affecta ſunt:ꝗ ſunt malę irę, probat:quia referuntur ad paſſionem:iratis enim ſuperinflãmantur:quę ſunt circa pectus:⁊ notanter de pectore dixit,quoniam pectus eſt cordis,⁊ pulmonis tectum,e quib⁹ potiſſimum ira proficiſcitur.

Cõmentariuꝫ

De colore colli et timpoꝝ

Quibus autem venę,quę circa collũ ⁊ timpora ſunt,amplę ſunt:ꝗ malę irę ſunt:referuntur ad paſſionem:quia iratis,hęc accidunt.




Venę circa colluꝫ a lateribus fragitides nũcupantur:circa timpora ꝟo:venę dicantur timporum:quibus ergo hę vtreqꝫ amplę,⁊ turgidę ſunt natura:ꝗ malę irę ſũt,probat: quia referuntur ad paſſionem,quia iratis,hęc accidũt,vꝫ, venarum taliuꝫ tumores. Obſeruaui in muliere venas colli valde tumidas,⁊ eam eſſe peſſimę ac pernitioſiſſimę irę vſqꝫ adeo vt vbiqꝫ homicidiaria haberetur. Animaduerte diſpoſitionem hanc venarum ad colores eſſe redactam:qꝛ ex ſanguine illo venę colorantur.

Cõmentariuꝫ

De faciei colore

Quibus facies ſupererubeſcens eſt,verecũdi ſunt:referuntur ad paſſioneꝫ:quia verecũdatis ſupererubeſcit facies. Quibus genę ſupererubeſcunt,vini amatores ſunt:referuntur ad paſſionẽ:qꝛ inebriatis ſuperubeſcũt genę.







De colore faciei Ariſtoteles duas ponit concluſiones/alteram de vniuerſa facie:alteram de maxillis/ſiue genis:quę tranſlatione patent. Alexander ꝟo Aphrodiſius,addit duas alias ſatis pulchras. Primam quideꝫ,quibus facies pallida eſt,ꝗ ſunt natura timidi:refert ad cauſam,quoniaꝫ in in his ſanguis ſtat iuxta pręcordia ob eorum timoreꝫ:veluti cum quis timet hoſtem:intra menia ſtat. Secũdam ꝟo. quibus facies natura rubra eſt,ꝗ ⁊ verecũdi/⁊ hilares ſunt. verecũdi quidem,quia ſanguis tegendi cã ſuper facie ſemper perfuſus eſt:veluti ſęꝑe ob pudorem manu faciem tegimus. Hilares ꝟo,quia ſanguis voluptatibus extrinſecus occurrit,quemadmodum nos ex domicilio amico occurrimus. Loxus,vt ſuperius narrauimus,vt Albertus etiã refert,addit quintam concluſionem ſatis expertam,⁊ inquit. Quibus maxillę,⁊ naſus ſuperubeſcunt natura,rubore epatico:ac purpureo,ꝗ obſceniſſimis vitys ſemꝑ ſũt iplicati.

Cõmentariuꝫ

De oculorũ colore

Quibus autem oculi ſupererubeſcũt,ſtupidi ſunt ob iram:referuntur ad paſſioneꝫ: quia ob ira ſtupidi facti,erubeſcunt oculis. Quib⁹



Ayuntamiento de Madrid

autez oculi valde nigri:timidi. Color eni valde niger timiditatez ſignificare videtur. Quibus autem non valde nigri,ſed declināt ad flauum colorē:animoſi ſunt. Quibus glauci,aut albi,timidi. videtur enim albus color timiditatem ſignificare. Quibus vero non glauci,ſz charopi,animoſi ſunt:referuntur ad leonem τ ad aquilam. Quibus nigri:ſtolidi,referuntur ad capras. Quibus ignei:inuerecundi, referūtur ad canes. Qui diſcoloratos oculos atqz turbatos habent,timidi:referuntur ad paſſionez: qz qui timent,pallidi fiunt colore nō equali. Qui oculos lucentes habent,libidinoſi:referuntur ad gallos, τ ad coruos.

Ἰνῶποί Nigri. Vinoſi.




























Cōmentariuz

¶ De colore oculorum nouem concluſiones affert. Ueruz anteq̄z de illis quicq̄z agatur,animaduerte φ in oculo tria ſpectantur. Primuz eſt humor oculi interior,quo videmꝰ, quę pupilla dicitur. Scōm vero eſt,quod pupillaz ambit,dictum a Phis nigrum. Tertium deniqz eſt,quod poſtremo nigrum circūdat,candidum,ſiue albugo appellata. Candiduz oculi,vt Ariſtoteles primo hyſto.inquit,magna ex pte ſimile in omnibus eſt:at quod nigrum dicitur:variat. Qua ratione fit,vt hę nouem concluſiones de nigro intelligendę ſint:ſiquidem nigrum variat,candiduz vero τ pupilla in omnibus ſimiles ſunt:cur vero nigrum variet, in libris de animalibus cauſa aſſignatur:τ non ſolum nigrum variat in diuerſis hominibus,ſed etiam in eodem homine per ętates. Nā vt Ari^les 5° de generatione animalium inquit. Oculi oium puerorum ſtatim a partu ceſiuſculi ſunt. Poſtea vero imutantur in eam naturam:quę futura eſt:quod in ceteris animalibus non euenit manifeſte: quia,vt inquit, ceteris animalibus oculi vnicolores ſunt:vt boum nigri,ouiū aquini,aliorum ruffi,toto genere aut ceſy,nōnullorum caprini, vt caprary generis. At hominum oculos varios verſicoloreſq̄z eſſe euenit:quippe cum aly ceſy,aly flauidi,aly nigri, aly caprini,aly id genus. Excipit equum,vt libro ꝓblematum,τ p̄mo hyſto. vnde 5° de generatione animalium,quaz ob rem ceterorum vt nulli ſuo in genere diſſidēt,inter ſe:ſic nulli a ſeipſis differunt,quippe qui non pluſq̄z vnum colorem habeant ſua natura:equus maxime omniuz ceteroruz animalium verſicolor eſt. Aliqui eniz ceſy altero oculorum naſcunt̄:qđ nulli ex ceteris beſtys euenit manifeſte: lz homines nōnulli altero oculorum diuerſo gignātur. Per quę dat intelligere primo φ homo ętate mutat oculos. Deinde φ ceteroruz aialium oculi vnicolores ſint,homine τ equo exceptis. Tertio φ cum homines oculis euarient,non candido aut pupilla:ſed nigro euariāt. Cauſa autem cur homo ſtatim a partu oculos habet ceſios,eſt,qz partes,vt Ari^les ingt 5° de generatione aialium,nuper natorum imbecilliores ſunt. Ceſeitas autem imbecillitas eſt. In equis vero τ hominibus ſolum oculorum colores vary ſunt:quoniam oculi ab ipſo cerebro exoriūtur. In hominibus autem τ equis cerebrum non eiuſdem complexionis eſt,vt differētia morum teſtatur:in hominibus eniz τ equis maxima morum differentia cernitur:in ceteris autem aut nulla,aut parua:et ideo cerebrum in ceteris eiuſdem naturę eſt. verum de numero colorū queſtio fuit. Ariſtoteles enim libro ꝓblema^m tres eſſe oculorum colores nigrum,caprinum,τ ceſium aſſerit. In primo vero de hyſtoria ait,id quod nigrum dicitur, variari:nam alys atrum,quod melan greci vocāt. alys ad modum ceſium,quod glaucon appellant: alys fuluum:qđ charopon nūcupatur:alys caprinum,qđ ęgopon dicūt:aut oenopon. Idem τ in 5° de generatione animaliuz,inquit.n. at hominum oculos varios verſicoloreſq̄z eſſe euenit:nam aly ceſy,aly fului,aly nigri,aly caprini:per quę patet Ariſtotelem in libro ꝓblematum tres feciſſe oculoruz colores: pti^ls.10. ꝓbl.11.

in libro

Ayuntamiento de Madrid

In libro ꝯo de aialibus q̃tuor. Quidaʒ tollẽdo cõtradictionem dixerũt tres eſſe colorum dĩias oino abiunctos, nigrũ, ceſiũ, ⁊ hoꝝ medium açurinũ vel caprinũ, cęteri ꝯo, q2 ad hos reducunt, nõ enumerantur. Cãm auteʒ hoꝝ Empedocles, ⁊ Plato, vt Calcidius in his cõmẽtarijs ſcribit, quę in Tymęo confecit, aſſignarũt, ꝙ ceſeitas ex multitudie ignis oculos clarificãtis ſit. Nigredo ꝯo ex paucitate ignis, aquę ꝯo multitudine: quę denigratur ex igneo calore illam calefaciente. Medium ꝯo ex horum medijs. Sed Arist[les] cõtra hos obiecit ex eo: q2 viſorium ex aqua ſit: ⁊ q2 rationi ꝯſentaneũ eſt, vt ex eo humore ſit color oculi, ex quo oculus ꝑficiſcitur: ergo cauſa coloꝝ erit ex aqueis humoribus: ex q̃bus cõſtant oculi. Sʒ qm̃ diſſerere de numero coloꝝ, ⁊ de cauſis colorum pertinet ad altiorem facultateʒ: ideo his ꝑtermiſſis, ad ꝯcluſiones redeo. ¶ Eſt ergo ꝑma cõcluſio, q̃bus oculi ſupererubeſcũt, ſtupidi ac alienabiles ob irã ſũt: ⁊ per oculos, non totum, ſed nigrum intelligit, nigrum .n. eſt qđ enarrat, quare quibus nigri oculorum ſupererubeſcunt: ij adeo iraſcibiles ſunt: vt ob iram ſtupeant, atq3 alienẽtur. ꝓbat, q2 referũtur ad paſſionem: qm̃ facti ſtupidi ob iraʒ, erubeſcũt oculis. Obſeruauimus etiã nos in q̃plurimis albi oculoꝝ venulis ſanguĩe plenis rubeſcere, ⁊ extitiſſe valde iracundos. De his eñi in ꝓuerbio fertur, habẽt in oculis ſanguinem: qm̃ ſunt iracundi non ferentes iniurias: quanto magis ſi nigrũ ſuperubeſceret. ¶ Scđaʒ ponit, ⁊ inq̃t. Quibus aũt oculi valde nigri ſunt: ij ſunt timidi. ꝓbat, q2 referũt ad ꝓprietatem ſigni: color .n. valde niger ex ſua ꝓprietate timiditatẽ ſignificare videt̃. ¶ Tertiã ponit etiã, ⁊ inq̃t. Quibus autẽ non valde nigri, ſed declinant ad flauuʒ colorẽ: ij ſunt aioſi, probatur q2 referũtur ad decentiam, decet .n. qđ recedit ab extremo: ſignificare aioſitatem atq3 fortitudinẽ potius, q̃ʒ timiditatem. ¶ Quartã ponit, quibus glauci, aut albi, ij ſunt timidi, ꝓbat ex proprietate ſigni: videt̃ eniʒ albus color timiditatem ſignificare. Pręterea ꝓbari poteſt aliter, qm̃ referuntur ad noctuas, quę aialia timida ſunt, et oculos glaucos hoc eſt ceſios habẽt. ¶ Quintaʒ ponit, ⁊ inquit. Quib9 ꝯo non glauci, ſed charopi hoc eſt fului, ij aioſi ſunt. ꝓbat, q2 referũtur ad leonem ⁊ ad aq̃lam. ¶ Sextam ponit, ⁊ inq̃t. Oenopi, ſtolidi ſunt. ꝓbat, q2 referuntur ad capras: ⁊ per oenopos aliqui vinoſos, alij nigros expoſuerũt, alij caprinos, ſʒ quouis mõ occurrit qđ: qm̃ ꝑmo de hyſto. dixit caprinos notas eẽ optimorum moꝝ: hic ꝯo aſſerit eẽ notas ſtoliditatis: q̃dam dixerunt caprinos oculos, quando ſunt moderate magni, moderate humidi, moderate lucidi: eſſe optimoꝝ morum notas: ſignãt eñi magnanimum, rerum magnarum cupidum, ⁊ ꝑfectum, quales oculos Alexãdrum habuiſſe ferũt. Pręterea dicunt hos oculos interdum iracũdum ⁊ vino dedituʒ, ⁊ iactabũdum, ⁊ glorię cupidum, quę ſupra cõditionem noſtram eſt, ſignificare: tollitur ergo cõtradictio, ꝙ oculi hꝫ per ſe mali ſint: boni ꝯo ꝑ accidens, alijs, vʒ, accedẽtibus. ¶ Septimã ponit, ⁊ inquit. Quibus ignei, ij inuerecundi, ꝓbat q2 referuntur ad canes: quoꝝ oculi lucent, vt ignis, ⁊ ſunt inuerecundi. ¶ Octauaʒ ponit, ⁊ inquit. Qui diſcoloratos oculos veluti conualeſcentes habent, ⁊ maculis turbatos, ij ſunt timidi, probat̃. quia referuntur ad paſſionem, q2 qui timent, oculi eoruʒ pallidi fiunt, ⁊ quidem colore nõ ęquali, ſed turbido, ac maculoſo. Rhaſes ꝯo libro ad Almãſorem ij°, inquit. Maculę multę circa pupillam in oculo apparẽtes, malũ hoiem ſignt: ꝙ ſi cum hoc oculus etiam fuerit varius: erit deterior. ¶ Ultimam ponit, ⁊ inquit. Qui oculos lucentes habent, ij ſunt libidinoſi, ꝓbatur. q2 referuntur ad gallos, ⁊ ad coruos, in q̃bus oculi tranſparent. Hęc de coloribus oculorum.

De ꝑtium piloſitate.

¶ Qui piloſas habent tibias, venerei: referunt̃ ad hircos. Qui ꝯo circa pectus ⁊ aluũ nimiũ piloſitatẽ habẽt, in eiſdeʒ opinionib9 nũq̃ʒ perſeuerant: referũtur ad aues: q2 hę pectus ⁊ aluum piloſiſſimam habẽt. Qui pectora valde lenia habẽt, aſperi: referũtur ad mulieres: qm̃ igitur neq3 valde piloſa, neq3 lenia eẽ oportet, medius habitus optimus eſt. Qui humeros piloſos habẽt, nũq̃ʒ in eiſdem perſeuerant: referunt̃ ad aues. Qui dorſum valde piloſuʒ habent, aſperi: referunt̃ ad feras. Qui ꝯo colluʒ retrorſum piloſum habẽt, liberales: referũtur ad leones. Qui autem ꝓlixam habent barbaʒ: animoſi: referunt̃ ad canes. Qui ꝯo ſupercilia coniuncta habẽt, triſtes ſunt: referunt̃ in paſſionis ſilitudinem. Qui auteʒ ſupercilia ante naſum diuulſa habẽt: extenſa ꝯo vſq3 ad timpora: fatui ſũt: referunt̃ ad ſues. Qui erectos habent capillos in capite: timidi: referunt̃ ad paſſionem. Naʒ ⁊ ijs, qui timidi fiunt, eriguntur. Qui capillos nimis criſpos habẽt, timidi: referunt̃ ad ęthiopes: qm̃ igit̃ ⁊ erecti, ⁊ valde criſpi timiditateʒ referunt. Qui in extremitatib9 erunt criſpi: ad bonuʒ aium ſunt reducẽdi: referunt̃ autẽ ⁊ ad leonem. Qui frontis id quod eſt ante caput, eleuatũ habẽt, liberales ſunt: referunt̃ ad leones. Qui in capite adnatos habẽt crines in fronte iuxta naſuʒ: liberales: referuntur ad ſuperapparentiam: quoniaʒ ſeruile eſt, quod apparet.




Parua Suet.




Cōmentariuꝫ

De pilis, ⁊ capillis nunc Ari[les] agens. 14. affert cõcluſiones: quę trãſlatione perſpicuę ſunt. Uerũ aliqua ỽba ſunt exponenda, ¶ Per aluũ ergo in ſcda ↄcluſione, ventriculũ intelligit, in quo cibus deuoꝛat̃, qui etiaꝫ ſtomachus dicit̃.

¶ In 7ª ỽo ꝑ prolixam barbam: non pilos intelligit, ſꝫ mẽtum: qđ caro cum oſſe eſt: naꝫ pili in multis oblõgi fieri pñt pro arbitrio. ¶ In penultima concluſione cũ inqt. Qui frõtis id, quod eſt ante caput, eleuatum habent, liberales ſunt: quidam per id quod eſt añ caput, intellexerũt capillos frõtis, qm̃ quando hi capilli ſunt eleuati, ⁊ euerſi, veluti coroña ſunt ſignũ liberalitatis: alij ⁊ quidem verius intelligunt ſuperioꝛem frontis partem, quę eſt ante caput: hęc eniꝫ cuꝫ eleuata eſt, index eſt liberalitatis: ſic eniꝫ refert̃ ad leoneꝫ. ¶ Ultima cõcluſio eſt, qui in capite adnatos habẽt crines in fronte iuxta naſuꝫ, liberales: ⁊ per crines intellexerunt q̃dam pilos ſupercilioꝛum, alij verius capillos, in q̃buſdã.n. capilli veluti crines deſcendunt in fronte iuxta naſum: ⁊ tales ſunt liberales, ⁊ ad ſeruiẽdum liberaliter prõpti, ꝓbat qꝛ referuntur ad ſuperapparẽtiam: nam qđ apparet de crinibus hoc pacto in fronte, eſt ſeruile, hoc eſt ſignuꝫ prõptitudinis ad ſeruiẽdũ. Qui.n. libere ſeruit, atq; prõpte: crines flectit deoꝛſuꝫ ad naſuꝫ. Hęc Ari[les] de piloſitate: ⁊ capillis.

De iceſſu

Qui longi ac tardi greſſus eſt: q̃ꝫq̃ꝫ tarditate moleſtus, perfectiuus tamẽ eſt: lõgus eni efficacem tardus cogitabũduꝫ. Qui breuis ac tardi: moleſta ſegnitie: nec perfectiuus: breuis.n. ac tardus, inefficacem. Qui longi ⁊ celeris, minime moleſtus ⁊ pfectius eſt: q̃m celeritas expeditiuum: longitudo ỽo nõ inefficaceꝫ. Qui breuis ⁊ celeris: moleſtus eſt, ⁊ nõ pfectiuus.




Cõmentarium

Hic de greſſu loquitur, ⁊ poſſunt colligi plures cõcluſiones. Potiſſimę ſunt quatuoꝛ. Prima eſt, q̃bus greſſus tardus lõgus, ij ſunt ↄſulti ⁊ efficaces, ꝓbat̃: qꝛ longus greſſus ſignificat efficaciaꝫ in agẽdo. Tardus ỽo cogitationẽ, atq; ↄſultationẽ, ergo q̃bus tardus longus greſſus ineſt, ij efficaces, ⁊ conſulti. Quibus ỽo tardus breuis, ij cõſulti inefficaces: cõſulti q̃dem, qꝛ tardus greſſus ineſt. inefficaces ỽo: qꝛ breuis greſſus ineſt. ¶ Tertia cõcluſio, quibus greſſus longus velox ineſt, ij efficaces ⁊ incõſulti, ꝓbat̃. qꝛ greſſus longus efficaciã: velox, incõſultationẽ ſigñat. ¶ Quarta cõcluſio: q̃bus greſſus velox breuis ineſt, ij inconſulti, ⁊ inefficaces, ꝓbatur: qꝛ velox greſſus incõſultationis, breuis ỽo inefficacię index eſt. Ari[les] tñ his ỽbis has innuit, ⁊ inqt. Is, q̃

longi

Ayuntamiento de Madrid

longi, ⁊ tardi greſſus eſt, q̃q̃ tarditate moleſtus eſt, perfectiuus tñ eſt, lõgus eni efficacẽ, tardus ꝟo cogitabundũ ⁊ ꝯſultum ſignat: ergo gbus greſſus longus tardus ineſt, ij ꝑfectiui ſũt: qm̃ efficaces ⁊ ꝯſulti. Quo ꝟo ad ꝟba attinet, lõgus greſſus dr̃ penes ſpatiũ: Tardus ꝟo penes tp̃s: ſtat aũt greſſum rõne ſpatij eẽ lõgũ: rõne ꝟo tẽporis, tardũ. ¶ Aliã ponit, ⁊ ingt. Js, qui eſt greſſus breuis, ac tardi, moleſta ſegnitie eſt, nec tñ ꝑfectiuus, ꝓbat. breuis. n. ac tardus ineffica cẽ ſigt, ⁊ ſubaudi ꝯſultũ: inefficacẽ gdem ob breuitatẽ: cõſultũ ꝟo, ob tarditatem. ¶ Affert aliaʒ, ⁊ ingt. Js, g eſt greſſus lõgi, ⁊ celeris, hoc eſt velocis: minime moleſtus eſt, ⁊ ẽ ꝑfectiuus, ꝓbat: qm̃ celeritas ſigñat expeditiuũ, incõſultũ tñ: lõgitudo ꝟo nõ inefficacẽ. ¶ Demum affert aliã, ⁊ ingt. Js, qui breuis ⁊ celeris: hoc eſt velocis greſſus eſt, moleſt⁹ eſt, ⁊ nõ ꝑfectiuus, qm̃ incõſultus, ⁊ inefficax. De ſũt cõcluſiones de greſſu q̃tuor: cęterę cõiugationes ſunt impoſſibiles: non eni cõſtare poteſt lõgum cum breui, nec tardũ cuʒ veloci, vt per regulam topicam habetur.

De motu partium ¶ De manus, ⁊ cubiti, ⁊ brachij motu eadẽ referunt. Qui ꝟo humeris rectis tẽſis inſultãt,

Galeagynes galeagynes: referunt ad equos. Qui humeris

Brachio minores mouent incuruati, ij ſũt aĩo elati: referũtur ad

Hoc ẽ puſilli leones. Qui pedib⁹ ⁊ cruribus ꝯuerſis ambulant, ij ſũt feminei: referunt ad mulieres. Qui ꝟo corporibus circũtorquẽtes ſe, atq; fricantes ſe, ij ſũt adulatores: referunt ad paſſioneʒ. Qui inclinati ad dextrã ambulãt: ij cinędi: referunt ad ſupapparẽtiã. Qui oculos ſatis mobiles hñt: ij ſunt acuti raptores: referunt ad accipitres. Qui palpebriʒãt, timidi: qm̃ in oculis prima vertunt. Qui demiſſuʒ aſpectũ, ⁊ qui alterã palpebrã in oculis imiſſaʒ per mediũ fixi aſpectus hñt, ⁊ qui cilia ſurſuʒ tarde reducentes, molliter ituent, ⁊ qui palpebras imiſerũt: ⁊ oino oẽs molliter, atq; delitioſe ſpectantes: referunt ad ſuperapparentiam: ⁊ ad feminas. Qui oculos frequẽti tẽpore mouẽt, q̃ſi ꝑmanentes: ⁊ tincturã albuminis in oculo hñt: intellectiui. Si eni in aliquo intellectio vehemẽter fit in anima: ſtat ⁊ viſus.

Puſilli — Humeris rectis tenſis inſultantes — Ad equos



Animo elati — Qui humeris incuruati mouent — Ad leones



Feminei — Pedib⁹ ⁊ crurib⁹ ꝯuerſis ambulãtes — Ad mulieres



Adulatores — Corporib⁹ circũtorquentes ſe ⁊ ſe fricantes — Ad paſſionem



Cinędi — Inclinati ad dextram — Ad ſupappentiam



Acuti raptores — Oculi mobiles — Ad accipitres



Timidi — Palpebriʒãtes — Ad ſupappentiã



Qui demiſſuʒ aſpectũ ⁊ qui alterã palpebras in oculis imiſſaʒ per mediũ fixi aſpectus hñt, ⁊ cilia ſurſuʒ tarde reducẽtes molliter ituẽtes: ⁊ qui palpebras imiſerunt, ⁊ oino oẽs molliter atq; delitioſe ſpectantes

Timidi — Ad mulieres ⁊ ſupapparẽtiã



Intellectiui — Oculos frequẽter mouẽtes q̃ſi ſtantes ⁊ tincturam in albo oculi hñtes — Ad paſſioneʒ



¶ Anteq̃ ad ꝯclones veniã, aĩaduerte ꝙ tã ꝑſens, q̃ ꝑcęcedẽs textus in oib⁹ libris, quos legi tã gręcis q̃ latinis, legũtur corrupte. verũ q̃tũ potui, eos accõmodaui. ſiqs autem meli⁹, accõmodabit, eius laborẽ nõ recuſabo. Cõclones ꝟo quę in textu ponunt: multę ſũt: ꝓñt tñ ad nouẽ reduci. verũ anteq̃ illas afferat, dic. De manus, ⁊ cubiti, ⁊ brachij motu eadẽ referunt ſubaudi: q̃ de greſſu: qm̃ man⁹ brachij ⁊ cubitus mot⁹ põt eẽ lõgus, ⁊ breuis, tardus ⁊ velox: iterũ põt eẽ lõgus tardus, ⁊ lõgus velox: breuis tardus ⁊ breuis velox: ⁊ tũc eadẽ dici pñt, qm̃ lõgus efficax, tardus ꝯſultus, velox incõſult⁹, breuis inefficax dr̃. ¶ Deide ponit ꝯclones: q̃rum p̃a eſt. Qui ꝟo humeris rectis tẽſis iſultãt, hoc eſt, irridẽt, ij ſũt galeagynes, hoc eſt brachio minores. i. puſilli veluti g brachio minores ſũt, vt ſupi⁹ diximus, ꝓbat: q: referuntur ad equos, g puſilli ſũt: ⁊ icedũt humeris recti, ⁊ tẽſis. ¶ Secũdã ponit, ⁊ ingt. Qui incuruati cum icedũt, humeris mouent, ij ſũt aĩo elati: magnanimi, ac ſupbi, ꝓbat. q: referũt ad leones: qui dũ icedũt, ita humeris mouent. ¶ Tertiam affert, ⁊ ingt. Qui pedib⁹, ⁊ crurib⁹ ꝯuerſis ambulãt, hoc pacto ꝙ pedũ cuſpites dilatãt alterũ ad dextrũ, alterũ ad ſi Cõmentarius



Ayuntamiento de Madrid

niſtrũ, ij ſunt molles, ac fęminei, ꝓbat̃: qꝛ referunt̃ ad mulieres, quę hoc pacto ambulãt. ¶ Quartã affert, ⁊ inqt. Qui corpoꝛib⁹ circũtoꝛquẽtes ſe, atqꝫ friẽãtes ſe ſubaudi ambulãt, ij ſũt adulatoꝛes, ꝓbat̃. q̃a referunt̃ ad paſſionẽ: nã adulãtes ſic ſua coꝛpa mouẽt. ¶ Quĩtã ponit, ⁊ inqt. Qui inclinati ad dextrã ambulãt, ij ſũt molles, ⁊ cinędi, ꝓbat̃: qꝛ referunt̃ ad ſupapparẽtiã: nã molles ſemꝑ ſic in dextrũ inclinati ambulãt, cui⁹ cãm aſſignãmus, qꝛ ſuapte nã calidus hõ eſt, ⁊ hac de cauſa eſt ſtaturę rectę, eſt. n. calidi nã ſurſuꝫ eleuare: ⁊ qm̃, vt Ariſ^{les} inqt. lib° de ꝑtib⁹ 3°. dextrum eſt calidius ſiniſtro, iure qui virilitatẽ hñt, latus dextrũ rectius, et magis ſurſum elatũ ducere debẽt, g̊ qui ambulãt ad dextrũ inclinati, eſt ſignũ ꝙ ſint humidi ⁊ frigidi molles, ⁊ fęminei: qꝛ nõ multũ caloꝛis hñt: recte g̊ Ariſ^{les} hos retulit ad decentiã: qm̃ molles ob cõplexionis frigiditatẽ ⁊ humiditatẽ ſic ambulãt. ¶ Sextã ponit, ⁊ inqt. Qui oculos ſatis mobiles hñt, ij ſunt raptoꝛes, ⁊ rapaces, ⁊ q̃dẽ acuti ⁊ ſubtiles, ꝓbatur: qꝛ referunt̃ ad accipitres, potiſſimuꝫ ad aſtures: q̃ oculos plus alijs accipitrib⁹ mouẽt. ¶ Septimaꝫ affert, ⁊ inqt. Qui palpebꝛiçãt, ij ſunt timidi, ꝓbat̃: qꝛ qui timent, palpebꝛiçãt, ⁊ ſic referunt̃ ad paſſionẽ. ¶ Octauã ponit, ⁊ inquit. Qm̃ in oculis mutationes pꝛimę vertunt̃: ⁊ in illis ꝓ̊ apparent, ſunt. n. q̃ſi animi feneſtrę: ideo qui demiſſuꝫ hñt aſpectũ ⁊ qui alterã palpebꝛã in oculis imiſſaꝫ, ⁊ q̃ſi cadẽtẽ habent, ⁊ q̃dẽ in medio fixi aſpect⁹, ⁊ qui cilia vel ſupcilia tarde reducẽtes ſurſuꝫ, molliter intuent̃: ⁊ qui palpebꝛas q̃ſi intus oculos imiſerunt, ⁊ oĩno oẽs qui molliter atqꝫ delitioſe quouis alio mõ ab his, qui dicti ſunt, ſpectãt, oẽs tales ſubaudi ſũt timidi, molles ⁊ fęminei, ꝓbat̃: qꝛ referunt̃ ad ſuperapparentiã, qm̃ mollibus ⁊ fęmineis hęc ſupapparent. Pꝛęterea, ꝓbat̃ ẽt, qꝛ referũtur ad fęminas. ¶ Nonã ponit, ⁊ inqt. Qui oculos frequẽti tẽpoꝛe atqꝫ ſępius mouẽt, ⁊ ipſi ſunt q̃ſi ꝑmanẽtes, ⁊ hñt in oculo tincturã albuminis, hͦ eſt ⁊ albũ oculi nõ eſt valde clarũ, imo obſcurũ, ij ſunt intellectiui atqꝫ ſpeculatiui, ꝓbat̃: qꝛ referunt̃ ad apparẽtiã, ⁊ ad cãm nãleꝫ. Ad apparẽtiã q̃dem: qm̃ ſi in aliquo hoĩe in ei⁹ aĩa intellectio vehementer fit, eius viſus ẽt ſtat, ⁊ fixus. Ad cãm v̊o nãlem: qm̃ cũ candidũ oculi obſcurũ videt̃, eſt ſignũ humoꝛis melancholici, ⁊ ita ſtudioſitatis: facit enim ad ſtudium humoꝛ talis. Hęc de partium motu.

Cap. 9.

De voce

¶ Qui voce admodum magna grauiter vociferant: ꝯuitiatoꝛes: referũtur ad aſinos. Quicũqꝫ v̊o vocant a graui incipientes, finiũt autem in acutum: iracundi lugent: referuntur ad boues, ⁊ ad id quod voci apparet. Quicunqꝫ autem vocibus acutis, mollibus, ac ruptis loquuntur, cinędi: referuntur ad mulieres, ⁊ ad ſuperapparentiam. Quicũqꝫ grauiter cõiter vocant, valde ac perplexe, iracundi: referuntur ad validos canes: ⁊ ad ſuperapparẽtiã. Quicũqꝫ molliter ſine contentione vocant, mãſueti: referuntur ad oues. Quicunqꝫ v̊o acute ⁊ foꝛtiter vocant, inſani: referuntur ad capꝛas.

Iniurioſi — Voce magna grauiter vociferantes — Ad aſinos



Iracundi lugent — A graui incipiẽtes in acutũ finiẽtes — Ad boues ⁊ ad id qͦd voci appet.



Cinędi — Vocib⁹ acutis mollib⁹ ac ruptis loquẽtes — Ad mulieres ⁊ ad ſupappẽtiã



Valde ac perplexe iracundi — Grauiter cõiter vocantes — Ad validos canes ⁊ ad ſuperappẽntiã



Manſueti — Molliter ſine ꝯtẽtiõe vocantes — Ad oues



Inſani — Acute ⁊ foꝛtiter vocãtes — Ad capꝛas



Cõmentarius

¶ De voce nũc ſex ponit ꝯnes. Et ꝑ̊mã ponit, ⁊ inqt. Qui voce admodũ magna grauiter vociferãt, ij ſũt hybꝛiſtę, vt mihi vĩ, hͦ eſt apti ferre iniurias, ꝓbat̃: qꝛ referunt̃ ad aſinos, q̃ apti ſũt ferre iniurias. ¶ Ponit 2^{am}, ⁊ inquit. Quicũqꝫ v̊o vocãt a graui ĩcipiẽtes finiũt v̊o in acutũ, ij iracũdi ſũt, ⁊ lamẽtabũdi: ⁊ iracũdi lugẽt, ꝓbat̃: qꝛ referũt̃ ad boues. Qui iracũde lamẽtant̃: ⁊ ad id, qͦd voci appet. Qui. n. iracũde lamẽtãt: a graui ĩcipiũt voce, ⁊ in acutum deſinũt. ¶ Deinde omiſſa 3^{a}: q̃ pꝫ, inqt. Quicunqꝫ grauiter cõiter, ac manifeſte vocãt, valde ac ꝑplexe, hͦ eſt nõ libere, ij ſubaudi ſũt iracũdi, ꝓbat̃: qꝛ referunt̃ ad validos canes, q̃ hͦ pacto latrant, ⁊ ad ſupappẽtiã, nã q̃ hac foꝛ^{a} vocis vociferãt, iracũdi ſunt. Alię ꝯnes patẽt. Alexãder aphꝛodiſi⁹ dic̃ certatoꝛis notã eẽ vocẽ grauẽ: timidi v̊o ꝓ magna ꝑte acutã: cãꝫ affert, qꝛ cũ timidi in ꝑ̃coꝛdijs frigidi ſint, min⁹ aeris trahũt, ⁊ ita voceꝫ acuũt. ꝯ v̊o certatoꝛes: cũ in ꝑ̃coꝛdijs calidi ſint: aeris multũ attrahẽtes, vocẽ magnificãt: ⁊ eadẽ rõne, vt inquit. Vox acuta mulierũ ẽ, eunuchoꝝ, ⁊ pueroꝝ. Acuta enĩ vox ꝓficiſcitur ex multa naturę humiditate, quę ijs accõmodatur: q̃ pueri, ⁊ eunuchi, ⁊ mulieres ſunt.

De ſtatura

¶ Qui valde ꝑui: ij veloces ſũt: ſanguinis eniꝫ motu, ꝑuũ locũ cõtinẽte, mot⁹ quoqꝫ valde velociter accedũt ad ſaꝑe. Qui v̊o valde magni: ij tardi ſũt: ſanguis enĩ motu, locuꝫ valde magnũ ꝯtinẽte, mot⁹ tarde accedũt ad ſaꝑe. Quicũqꝫ paruoꝝ ſiccis carnib⁹ ṽtẽtes, aut ẽt coloꝛib⁹, aut ẽt coꝛꝑib⁹: q̃ ꝓꝑ calitatẽ ſuperfluũt: nihil ꝑficiũt: exñte enĩ motu in ꝑuo, ⁊ veloci ꝓꝑ igneũ,

igneũ,nunq̃ ſm idem eſt ſape:ſ3 aliud in aliꝭs priuſq̃ excedẽs ſit,tranſit. Quicunq3 ꝟo magnoꝝ humidis carnib⁹ vtẽtes,aut ꝛ colorib⁹ q pp frigiditatẽ igenerant̃,nihil pficiũt:exñte.n. motu in magno loco,ꝛ tardo pp frigiditatem, nõ pmittit aliqd accedẽ ad ſape. Quicũq3 ꝟo pruoꝝ humidis carnib⁹ vtẽtes ſũt,ꝛ coloribus pp frigiditatẽ:fiũt pfectiui:exñte.n.motu in puo,id q̃ cũ difficultate mobile eſt,tẽperatur ꝯ cõmẽſuratõẽ3 pbuit primũ pficere. Quicũq3 magnoꝝ duris carnib⁹ vtẽtes ſũt,ꝛ coloribus pp calitatẽ,fiũt pfectiui,ꝛ ſenſitiui:exñte.n.latione in magno loco,ꝛ tarda pp frigiditatẽ,nihil conducit accedẽs ad ſape. Quicũq3 ꝟo in magnis duris carnib⁹ vtẽtes ſunt,ꝛ coloribus pp caliditatẽ,fiũt pfectiui ꝛ ſenſitiui. Magnitudis.n.ſupapparẽtiã ꝛ carniũ ꝛ coloris,caliditas acqſiuit:q̃re cõmẽſuratũ eẽ ad pficiẽdũ. Magnitudib⁹ergo corpa excedẽtia:aut puitatib⁹ deficiẽtia quo mõ pfecta,ꝛ quo mõ iperfecta eẽ ꝯtingit,dcm̃ eſt. At hoꝝ media nã optima atq3 pfectiſſima his eſt:qb⁹ vtiq3 ineẽ ſuponit̃. Mot⁹.n.nõ multi exñtes facili⁹ ad mẽtẽ3 accedũt:nec ẽt paulatĩ3 exiſtentes pcedũt. Quare pfectiſſima ad pficiẽdũ q̃ vtiq3 ppoſita ſũt:ꝛ ad debentẽ ſentire moderatã op3 eſſe magnitudinẽ. Qui icõmẽſurati ſũt,ꝗ aſtuti:referunt̃ ad paſſionẽ,ꝛ ad feminã. Si.n.q incõmẽſurati aſtuti ſũt,cõmẽſurati vtiq3 iuſti erũt, ꝛ fortes. Relatiõe3 aũt cõmẽſuratiõis ad corpoꝝ bonã motionẽ,ꝛ bonã natiuitatẽ reducẽdũ:nõ ãt ad maris formã,vt a pricipio dcm̃ ẽ.






















Cõmentarium

¶ De ſtatura affert ſeptẽ ꝯnes. Verũ anq̃ illę exponantur: aiaduerte:ꝙ p ſtaturã itelligim⁹ hũani corpis lõgitudine3: q̃ alter altero lõgior ẽ,q̃ põt bifariã ꝯſiderari,aut ſimplr,q̃ v3.hõ dr̃ magn⁹,aut puus,ꝛ ſm qd q̃ dr̃ magnus vl puus, cũ hac,vl illa ptiũ ꝯſtõne. ¶ De ſtatura ſimplr affert duas ꝯnes,q̃rũ p^am ponit,ꝛ ingt. Qui valde pui ſm ſtaturã ſũt,ꝗ veloces ac igenio,ꝛ actiõib⁹ celeres ſũt,pbat rõne nãli,ꝛ iquit. Sãguis.n.ac ſpirituũ ſenſitiuoꝝ motu puũ locũ inter cor,ꝛ cerebrũ ꝯtinẽte,ẽt mot⁹ſpũum valde velociter accedũt ad ſape:ẽt ad actiões. Quo ꝟo ad rõnẽ attinet,aiadũte ꝙ ſape fit ex ſpũu3 bonitate:boni ꝟo ſpũs ſũt,q claritate ac motu tẽperati ſũt,necnõ ꝛ ſubtilitate:nimis.n.veloces non ꝯducũt ad ſape.mouent̃.n.citi⁹ q̃ op3:nimis turbidi minime,nimis q3 craſſi nequaq̃,q̃re claritate,motu,ꝛ ſubtilitate tẽperati ad ſape idonei ſũt. Hinc p3 rõ:nã cũ i puo corpe ſpũs,ꝛ ſanguis in puo ſpatio ꝯtineãt(eſt.n.inter cor ꝛ cerebrũ pua itercapedo)iõ q corpe pui ſũt,in actiõib⁹ veloces ſũt. ¶ Tũc 2^am affert,ꝛ ingt. Qui ꝟo valde magni corpe,ac ſtatura ſũt:ꝗ ad actões tardi ſũt,pbat,ꝛ ingt. Sãguis eni3 motu locũ valde magnũ ꝯtinẽte,ſpirituũ ſenſitiuoꝝ tarde accedũt ad ſape,ac ad actões:cęteris g pib⁹pui ad actões, ꝛ ad ſape ſemp velociores ſũt lõgis corpib⁹. vñ Alexander aphrodiſi⁹,aſſerit eos,q corpe breues ſunt plerũq̃ eẽ ijs,q ſũt lõgi,prudentiores:qm̃ cõpacta,atq̃ coartata eſt in toto corpe aĩa. In magnis ꝟo extẽſa exoluit̃ i ſpatiũ:hãc ad cã3 Homer⁹ prudẽtẽ dic̃ Vlyxẽ,qr collect⁹erat,ꝛ breuis,Aiacẽ ꝟo ſtultiorẽ,qm̃ lõgior erat:h̃ de ſtatura ſimplr. ¶ Loquẽs de ſtatura ſm qd,ac nõ cęteris parib⁹,affert alias ꝯnes,q̃rũ p^a ponit,ꝛ ingt. Quicũq̃ paruoꝝ vtẽtes aut ſiccis carnib⁹,aut ẽt ſiccis colorib⁹,aut ẽt ſiccis corpib⁹, quę ſicca ſint pp calitatẽ,ꝛ pp calitatẽ ſupfluunt in calo ꝛ ſicco,ꝗ ad ſape,ꝛ ad agẽdũ nihil pficiũt,nec apti ſũt,pbat,ꝛ ingt. Exiſtẽte.n.motu in puo loco:ꝛ exñte motu veloci pp igneu3,h̃ eſt pp cala3 ꝛ ſiccã craſim,nũq̃ ſm idẽ eſt ſape,ſ3 aliud in aliõ puſq̃ excedẽs ſit,trãſit. Cõiũgunt̃.n.duę cãę mutabilitati,altera ex pte loci:qr puus,ꝛ iõ mot⁹ſpũu3 celer eſt,altera ex pte craſis,q̃ cala ꝛ ſicca eſt,cũ.n.ſpũs ſꝛ cali ꝛ ſicci,ac ignei,ꝛ in puo loco,aiu3 reddũt mutabilẽ,qm̃ pri⁹ mouẽt̃: q̃ aius in opione firmet̃. Quo ꝟo ad ꝟba attinet,p vtẽtes, nõ itelligit in cibarijs,ꝛ edulijs,ſ3 ad ꝯſtõnẽ,hõ.n.vtit̃ carnib⁹,colorib⁹,ꝛ id genus p ſui ꝯſtõne,ex illis.n.cõſtituit̃: ꝛ dixit,aut ẽt coloribus,nã l3 color non ſit ſiccus formalr,tñ

Ayuntamiento de Madrid

eſt ſiccꝰ via ſigni.¶ Affert 2^{m}, ⁊ ingt. Quicūq; ꝟo magno/
rū coꝛpoꝝ humidis carnibꝰ vtētes ꝓ ſui ꝯſtitutōe, aut ēt co
loꝛibꝰ, ꝗ pp frigiditatē gñant: ꝗ nihil ꝓficiunt, atq; male ſe
hñt ad ſape: ꝓbat, ⁊ ingt. Exñte motu ſpirituū in magno lo
co: ⁊ exñte motu tardo ſpirituū ꝓpter frigiditateȝ, craſis il/
loꝝ, ex hac duplici cauſa/non ꝑmittit motus ille aliqd acce
dere ad ſape.¶ Tertiā ponit, ⁊ ingt. Quicūq; ꝟo ꝑuoꝝ coꝛ/
poꝝ humidis carnibꝰ vtētes ſūt, ⁊ coloꝛibꝰ ad ſui ꝯſtitutio/
nē pp frigiditatē/ꝗ ad ſapere, ⁊ ad agēda fiūt ꝑfectiui. pꝛo/
bat, ⁊ ingt. Exñte enī motu ſpirituū in ꝑuo loco/id. ſ. ſpiritꝰ,
qđ cū difficultate mobile eſt, tēperaturę cōmēſurationē ꝑ/
buit ꝑmū ꝑficere: nā ex ꝑuitate loci hȝ velocitatē maioꝛem
ꝙ ſit necīa: ex frigiditate craſis hȝ tarditateȝ, ex vtriſq; ꝟo
ſpūs ipſi tēperatiōeȝ nacti, idonei reddunt̃ ad agēdū, ⁊ ad
ſape.¶ Ponit quartā ⁊ ingt. Quicunq; magnoꝝ duris car/
nibꝰ ⁊ coloꝛibꝰ ad ſui ꝯſtōneȝ vtētes, ⁊ qdem pp caliditatē,
fiūt ꝑfectiui, ⁊ ſenſitiui, ⁊ pꝛudentes. ꝓbat, a ꝯ̃rio: qm̃ exñte
ſpirituū latiōe in magno loco/⁊ exñte latione ſpirituuȝ tar/
da pp frigiditatē, hęc ſpirituū nā nihil ad ſape ꝯducit, g̊ q/
cūq; in magnis coꝛpoꝛibꝰ, duris carnibꝰ vtētes ſūt, ⁊ ēt colo
ribus duris pp caliditatē/ꝗ fiunt ꝑfectiui, ⁊ ſenſitiui, ac pꝛu
dētes: magnitudis enī ſuꝑabūdātiā, ⁊ carnis ⁊ coloꝝ calidi/
tas ſubaudi tēperationē fecit, ⁊ acqſiuit, reddunt̃. n. ſpiritꝰ
apti ⁊ craſſi: quare, vt ingt. Qñ hęc duo ꝯiūgunt̃: tempera/
mētū ſpirituū cōmēſuratū eē vī ad ꝑficiendū. Tūc epilo/
gat, ⁊ ingt. Magnitudibꝰ g̊ coꝛpoꝛa excedētia, aut paruita/
tibꝰ deficiētia quo mō ꝑfecta, ⁊ quo mō iperfecta eē cōtin/
gat, dcm̄ eſt. At hoꝝ media nā optima/atq; ꝑfectiſſima his
hoibꝰ eſt, quibus vtiq; illa ſupponit̃ ineē. Cuius cāȝ affert,
⁊ ingt. Motus enī nō multi/hoc eſt nec magni, nec ꝑui exi/
ſtētes, faciliꝰ ad mētē accedūt, nec ēt paulatim ac tarde exi
ſtētes ad mētē ꝓcedunt, ſed temperate/⁊ ꝓpoꝛtionabiliter.
quare, vt ꝯcludit, hęc ſic mediocriter ſe hñtia perfectiſſima
ſūt ad ꝑficiēdū, ꝗ vtiq; ꝓpoſita ſunt: ⁊ ad debēteȝ ſentire ac
ſape moderatā opȝ eſſe magnitudinē. hęc de epilogo ſtatu/
rę.¶ De cōmēſuratōe ꝟo ponit hāc ꝯcluſionē, ꝗ icōmenſu/
rati ſunt coꝛpe, ꝗ aſtuti ⁊ doloſi ſunt. ꝓbat̃, qꝛ referunt̃ ad
paſſionē, qui. n. dolis vtit̃, coꝛpus ſuū incōmenſurat: ⁊ refe/
runt̃ ad fęminā: ſunt. n. fęminę doloſę, ⁊ coꝛpe icōmēſuratę.
¶ Deide ponit ſcđam: ⁊ vtit̃ loco a ꝯ̃rio, ⁊ ingt. Si enī ꝗ in/
cōmēſurati/aſtuti ac doloſi ſūt, cōmēſurati vtiq; iuſti erūt,
⁊ foꝛtes: eſt. n. locus a ꝯ̃rio. Sȝ dices, reſpectu cuiꝰ coꝛpꝰ eſt
dđm cōmēſuratū. Rñdet Ari^{les}, ⁊ ingt. Relationeȝ aūt cō/
mēſurationis ad coꝛpoꝝ bonā motionē/⁊ bonā natiuitateȝ
reducēdū eſt. g̊ cōmēſuratio habet̃ bona craſi, ac bona na/
tiuitate, nō aūt cōmēſuratio accipit̃ ad maris foꝛmā: vt di/
ctū eſt. Sic igit̃ bona cōmēſuratio reſultat bonitate cōpō/
nis/⁊ bonitate craſis: nō relatione ad marē vel fęminā: non
enī coꝛpus cōmēſuratū eſt, qꝛ eſt maris coꝛpus, ſed qꝛ cō/
pōne ⁊ cōplōne bene inſtitutū eſt: ſed circa ea/ꝗ dicta ſunt.
Plinius vir fertiliſſimus, ⁊ Solinus eiꝰ abbꝛeuiatoꝛ termi/
nos lōgitudis, ac latitudis humani coꝛpoꝛis nondū deſcri/
ptos eē teſtant̃: qnimo ante annos ꝓpe mille Homerus nō
ceſſauit minoꝛa coꝛpa moꝛtaliū ꝙ pꝛiſca cōqueri, ⁊ pp hęc
foꝛmas mirabiles Plinius, ⁊ Solinꝰ aliqñ iuētas eſſe enu/
merāt. Uerū phyſici lōgitudineȝ humani coꝛpis nālem ſe/
ptē pedū eē aſſerūt, ꝙ Hercules intra hūc terminuȝ fuiſſet
cōpertus: latitudinē ēt totidē, naȝ quātus manibꝰ expanſis
inter digitos lōgiſſimos modus eſt, tātū eē cōſtat inter cal/
ceū, ⁊ verticē: hac rōne hoieȝ mūdū paruū appellarūt: ꝙ ſi
Cõmentariuꝫ ¶ Hec eſt quinta concluſio,quę tangit accidentalem cauſaꝫ breuitatis vitę in animalibus ⁊ plantis:⁊ ponatᷣ ſub hac forma,animalia ⁊ plantę quę parum alimenti aſſumunt,ꝗꝫ ſit neceſſariũ pro inſtauratione deperditi,cito ſeneſcũt,ac corrumpuntur.ꝓbatur:quoniaꝫ calidum naturale ſeipſuꝫ conſumit per accidẽs:velut magnus ignis per accidens conſumit paruum:nam vt magnus ignis cõſumendo nutrimẽtũ parui ignis,conſumit paruum illum ignem,ita calidum vitale conſumẽdo humidum,in quo fouetur:corrũpit ſeip̃m. ergo ſi non inſtauretur humiduꝫ appõne noui humidi nutrimentalis,viuens cito euaneſceret,vnde dicit. Alimentuꝫ autẽ non ſumentia ⁊ animalia ⁊ plantę cito ſubaudi corrũpuntur,ꝓbat ⁊ dicit. Conſumit eniꝫ calidum ipſum ſeipſuꝫ ſubaudi per accidens,nam(vt inquit)Quẽadmodũ multa flãma comburit,⁊ corrumpit paucaꝫ nõ per ſe,ſed eo ꝙ alimentum illius conſumat,ſic naturale calidum quod eſt primuꝫ digeſtiuum:conſumit materiam in qua eſt.ſ.humidum radicale.¶ Quo ꝟo ad verba attinet,appellauit calidum naturale[primum digeſtiuum]qm̃ digeſtio cibi ⁊ in ſtomacho/⁊ venis,⁊ vbiqꝫ fit a calido nãli cordis ſꝫ Ariſtotelem. A calido autẽ naturalis epatis fit,ſed non p̃mo:cum illud non ſit primum ⁊ principale caliduꝫ ſm Ari[lem]. Animaduerſione dignuꝫ,ꝙ concluſio eſt vera in duobus ſenſibus. Primus eſt,ꝙ viuentia quę non ſumũt multũ alimenti,nec tantuꝫ quantuꝫ eſt neceſſarium pro inſtauratiõe deperditi,cito corrumpantur,citoqꝫ ſeneſcant,⁊ hoc patet ẽẽ verum,quoniã calidum cito humidum exiccabit. Scđs ꝟo eſt,ꝙ viuentia quę penitus nihil cibi accipiunt,cito moriãtur,⁊ hoc eſt verum,quoniaꝫ cito humidũ exiccabitᷣ.¶ Sꝫ dices,vrſi ⁊ glires fere ſex menſibus non aſſumunt cibum,⁊ tamẽ viuũt. Amplius egroti quãdoqꝫ ſine cibo diu viuũt. Narrat eni Petrus apponenſis vidiſſe mulierem cibũ nõ accepiſſe ſex mẽſibus:q̃ tamẽ poſtea conualuit.¶ Dõm,ꝙ lꝫ hęc cibum ab extrinſeco nõ ſumãt,nutriũtur humore intrinſeco flegmatico generato in ſanitate per viã indigeſtionis paulatinę:ſignum auteꝫ,quoniaꝫ hęc diſpoſitio pluries accidit animalibus vorantibus:vt Auer.inquit. Sꝫ adhuc quęres,quoniã in primęua ętate homines erant lõgioris vitę,⁊ tamẽ paruo cibo vtebantur:nũc ꝟo homines min⁹ viuaces ſunt,⁊ tamẽ vtuntur maiori ⁊ pluribus alimẽtis. Dicendum ꝙ illud nutrimentum quo vtebantur homines in p̃męua ętate:lꝫ fuiſſet minus eo alimẽto,quo nũc vtimur,tamẽ erat vitę,⁊ inſtaurationi ſufficiens. Alimentuꝫ ꝟo noſtrum,quo nunc vtimur,eſt excedens virtutem digeſtiuaꝫ,⁊ ideo in nobis fiunt plures ſuperfluitates,quę ſunt cauſę

Cõmentariuꝫ

Dubĩ

Solõ

Ayuntamiento de Madrid

morborum, ⁊ breuitatis vitę. Signū autem, quoniam tunc homines pro maiori parte morte naturali moriebātur, nūc ꝟo quaſi nullus morte naturali moritur: vt poſtea dicem⁹ in libro de morte.

¶ Porro aquatilia pedeſtribus minus viuūt: non ꝙ humida ſimpliciter, ſed ꝙ aquoſa ſint. Tale autem humidum, corruptioni opportunum eſt: q₂ frigidū ſit ⁊ ꝓ̄pte congelabile.

¶ Aquatilia autem, greſſibilibus minus longę vitę: nō quia humida ſimpliciter, ſed q₂ aquoſa. Tale autem humidum, facile corruptibile: q₂ frigidum ⁊ congelabile de facili.

Cōmentarius ¶ Sexta ꝯcluſio eſt hęc. Aquatilia ſūt minus viuacia greſſibilibus: ⁊ exponit cauſam, dicens aquatilia eſſe, minus viuacia, non quidem, q̄a ſimpliciter ſunt greſſibilibus humidiora: ſic enim omne humidius eſſet minus viuax: ſed quoniam ſunt aquoſa, ⁊ humidiora humiditate aquea. Modo vt dictum eſt, tale humidum aquoſuꝫ facile eſt corruptibile, quoniam frigidum eſt ⁊ de facili cōgelabile. Eſt alia cā̄, quoniam calidi eſt ſuffocatiuum, ⁊ extinctiuū. Animaduerte, ꝙ hęc concluſio debet intelligi ratione ſumpta ſoluꝫ ab ipſa humiditate: ratione eniꝫ bonę humidi qualitatis, eorū animalium, quę greſſibilia ſunt, quodlibet greſſibile quolibet aquatili eſſet viuacius: veruꝫ rationibus ab alijs cauſis ſumptis, poteſt aliquod aquatile aliquo greſſibili viuacius eſſe: vtpote aut ratione magnitudinis, aut ratione regionis, aut alijs cauſis: de quibus dictum eſt.

¶ Iteꝫ exanguia ſanguineis, eādem ob cauſaꝫ: niſi magnitudine vindicentur. nā neq₃ pinguitudinem pręſe ferunt: neq₃ dulcorem, cum in aīali pingue ipſum dulce ſit. Quāobreꝫ apes: diutius q̄ꝫ q̄daꝫ alia maiuſcula aīalia viuunt.

¶ Et exangue, propter ideꝫ: ſi non magnitudine recompenſetur. neq₃ enim pinguedine habet: neq₃ dulce. in animali enim: quod pingue, dulce. Quapropter apes: longioris vitę ſunt alijs maioribus animalibus.

Cōmentarium ¶ Septima concluſio eſt hęc. Exāguia ſunt breuioris vitę his animalibus, quę ſanguinem habent: ꝓbat concluſioneꝫ ꝓpter idem, quoniaꝫ exanguia habēt humidum aquoſum: humiduꝫ eniꝫ nō ſanguineuꝫ aquoſum eſt. ſed, vt dicebaꝫ: humidum aquoſum eſt facile corruptibile, quoniaꝫ calidū ſuffocat, ⁊ extinguit. Addit Ari^les, niſi magnitudine recompenſetur: vel ſupple dulcedine, ⁊ vnctuoſitate. Animal eniꝫ exangue, cuius humidum eſſet maius, poſſet viuacius eſſe paſſerib⁹: vel alio animali ſanguineo, cuius humor eēt paucus. Amplius animal exangue cum neq₃ pinguedinem habeat, neq₃ dulcedinem, humiduꝫ non habet aereuꝫ. Hac ratione apes longioris vitę ſunt alijs multis maioribus animalibus ſanguinem habentibus, quoniaꝫ nutriūtur melle, ⁊ ſic eorum humidum erit dulce ac pingue, vnde dicit. Et exangue. ſ. animal minus viuax eſt habētibus ſanguinē, ꝓpter idem, hoc eſt ꝓpter eādem cauſam. ſ. q̄a eius humiduꝫ eſt aquoſum. Sed addit, ſi non magnitudine recōpenſeꝫ. ſ. malitia illa humidi. Sꝫ dices, etiaꝫ poteſt recompēſari, q̄litate: quoniam exangue animal poteſt habere humidū pingue. Contra obijcit, neq₃ enim exangue pinguedinem habꝫ, qua eius malitia recompenſetur: neq₃ habet dulce, quoniaꝫ ſi non habet pingue: nec dulce habebit: quoniam (vt inq̄t) In animali dulce eſt pigue: ⁊ ecōtrario. Et q₂ aliquis poſſet intelligere vniu̇ſ'liter nullum exangue eſſe viuacius aliquo habente ſanguinem, concludit concluſionem non eſſe vl̄em in oībus, ⁊ dicit. Quapropter apes, longioris vitę ſunt alijs ſubaudi quibuſdam animalibus maioribus: vt paſſeribus, ⁊ forte canibus. Uiuunt enim apes (vt Plinius 11° lib° hyſtorię inquit) annis ſeptem: ⁊ cauſa eſt, quoniam nutriūtur melle, quod generat ⁊ inſtaurat humidum pingue dulce, ac viſcoſum: per quę dat intelligere exangue animal eſſe min⁹ viuax animali ſanguinem habente, niſi malitia, illa quę eſt aquoſitas: recōpeſetur magnitudīe, vel q̄litate, vt dcm̄ eſt. Cap. 20.

¶ Quę autem diutiſſime viuunt: in plantis reperiri aſſolent. idq₃ potius, q̄ꝫ in animantibus. Primo: ꝙ plantę minus in ſe diluti humoris contineant. vnde fit: vt non facile congeleꝫ.

¶ In plantis autem ſunt: quę lōgiſſimę vitę. ⁊ magis, q̄ꝫ in animalibus. Primuꝫ quidem: q₂ aquoſę minus. quare: nō facile cōgelabiles.

¶ Hactenus de cauſis longę vitę, ac breuis in animalibus: nunc tranſit ad plantas, ⁊ aſſignat cauſam longitudinis vitę in plantis comparando illas ad animalia ſm differētiaꝫ: ⁊ ponit hanc concluſionem. In plātis ſunt nōnullę plantę: quę animalibus quibuſdam viuaciores ſunt, vt dactylus, et cupreſſus, ⁊ pinus, ⁊ quercus: ⁊ id genus. Diximus autē nōnullas eſſe tales, quoniam inter plantas ſunt nōnullę etiaꝫ annuę tm̄: vt quę herbę dicuntur. Ampli⁹ dicunt Ariſtotelē dixiſſe quibuſdam animalibus, ⁊ non omnibus: quoniā dubium eſt de annis humanę vitę. Creditum enim eſt humanam vitam produci poſſe ad annos. 900. vel fere mille: ad quos nullam plantarum produci poſſe aſſerunt. Qđ an verum ſit, dicemus hanc concluſionem. Ari^les probat, primo quidem: quoniam plantę ſunt minus aquoſę quibuſdā animalibus, quare ob hanc cauſam, non facile ꝯgelabiles ſūt: ⁊ ſic via congelationis, vel extinctionis minus corruptibiles ſunt. diximus enim vno modo aliquod viuens corrumpi via extinctionis, quando humidum eſt nimis aquoſuꝫ. Cōmentarium

¶ Deinde: ꝙ pinguitudineꝫ lentoremq₃ habeant, ⁊ q̄ꝫq̄ꝫ aridę ſunt atq₃ terrenę, tamen non facile ſiccabilē poſſideant humiditatem.

¶ Deinde: habent pinguedinem ⁊ viſcoſitatē, ⁊ ſiccę ⁊ terreſtres exiſtentes, tamen non hn̄t facile ſiccabile humidum.

¶ Secūdo Ariſtoteles ideꝫ ꝓbat ex alia humidi qualitate: eſt enim humidum vitę conueniens: ex parte qualitatis p̊, quoniam eſt minus aquoſum, ⁊ magis aereum: ⁊ quantum ad hanc conditionem valuit ratio tacta. Scđo, quoniaꝫ eſt viſcoſum: ac vnctuoſum, humidum enim aereuꝫ magis eſt vitę conueniens, cuꝫ habet non nihil ſicci: quod eſt eē viſcoſum: ⁊ quantum ad hanc conditionem, procedit hęc ſecunda ratio, vnde dicit. Deinde, plantę habent pinguedinem, ⁊ viſcoſitatem. Signū huius eſt, quoniam ſi apponunꝫ igni, comburuntur facilius q̄ꝫ animalium carnes: qđ non eēt, niſi viſcoſi, ac ſicci non nihil haberent. ¶ Sed dubitabit quis ſi plantę habent humidum ſiccum ac viſcoſum, habēt humidum facile exiccabile: ⁊ ſic cito ſeneſcibile. Reſpōdet, ꝙ lꝫ plantę ſint ſiccę, ⁊ terreſtres exiſtentes, tamen non habēt facile exiccabile humidum: cum illud ſit aereuꝫ: terreſtreitas ergo plantarum reprimit humidi earum aquoſitatem, nō tamen eſt tanta, vt diſponat ad ſenectutem velocem. Cōmentarius Dubiū

¶ Sed cur natura arborum longo tēporis ſpatio eduret: cauſam ſumpſiſſe conuenit. eam. n. peculiarem ſibi pręomnibus animantibus p̄-

Ayuntamiento de Madrid

terq̃ inſectis:obtinet. Semper eniꝫ ſtirpes iuueneſcūt.ideoqꝫ longęuę ſunt.nā aſſidue germina alia enaſcuntur,alia ſeneſcunt,⁊ radices pari modo:⁊non ſimul,ſed interduꝫ ſolū caudex ⁊ rami pereunt,alij ꝟo rami adnaſcuntur. Cuꝫ autem hęc affectio radicibus euenit:alię ex eo qđ ſupereſt,oriri ſolēt. Atqꝫ ita ꝑpetuo: aliud corrumpitur,aliud gignitur.quocirca:⁊ illę longo tempore viuunt.

De hoc autem qđ eſt naturam arborum eſſe durabilem:oportet accipere cauſaꝫ.habet enī propriaꝫ ad animalia:pręterq̃ ad entoma. Iuuenes enim ſemper plantę fiunt.quapropter: multi temporis.ſemper enim alterę germinationes,hę autem ſeneſcunt,⁊radices ſimiliter: ſed non ſimul,ſed aliquando quidem ſolus ſtipes ⁊ rami perierunt,alteri autē iuxta nati ſūt. Cum autem ſic fuerint radices:alię ex exiſtēte generantur. Et ſic ſemper permanet:hoc quidem corruptum,hoc autem factum. quapropter:longę vitę.

Cōmentariuꝫ Hic ponit ſecūdam cauſam,quā nōnulli accidentaleꝫ eē aſſerunt:⁊ quidem non ab ratione,quoniam non pendet ex humidi ratione in quanto ⁊ quali:ſed ex his,quę accidūt in partibus plantarum:⁊ primo proponit cauſam,⁊ dicit. De hoc autem quod eſt naturam arboꝝ eſſe durabilem: oportet accipere cauſam,⁊ per naturam/vitam:⁊ per cauſaꝫ/accidentalē intelligit,quę eſt ab alijs ſumpta q̃ ab ipſius humidi rationibus. Dico oportet accipere cauſam/quoniā vita plantarum habet ꝓpriam cauſaꝫ ad animalia, pręterq̃ ad entoma/hoc eſt inſecta:cum quibus,vt dicemus,plantę cōem habent cauſam. Propoſita aūt intentione/cauſaꝫ aſſignat ex eo:quoniaꝫ plantę reiuueneſcunt,reiuueneſcūt ꝟo, quoniam ramoruꝫ,⁊ radicum germinationes non fiunt oēs ſimul:nam duꝫ vnus ramus germinat,alius areſcit,⁊ dum alius areſcit,alius germinat. Simili ratione radices, dum vna enim areſcit,alia germinat,⁊ dum germinat altera/altera areſcit,hinc earum vita longa eſt. vnde dicit. Iuuenes eniꝫ ſemper plantę fiunt/quapropter ſunt multi temporis, ⁊ longęuę:quibus enim iuuentas redit,his vita lōga eſt. Qꝛ autem plantę reiuueneſcant, probauit Ariſtoteles,⁊ dicit. Semper eniꝫ alterę ⁊ non ſimul germinationes ramorum ſunt,hę autem ſeneſcunt ſubaudi alijs germinatis:⁊ nō modo germinationes iſtę diuerſę cernuntur in ramis,ſed etiaꝫ radices ſimilr̃ diuerſis temporibus germinantur:ſed nō ſimul:imo(vt inquit)aliquando quidem ſolus ſtipes,⁊ rami perierunt,alteri autem conſtituti iuxta priores ſtipiteꝫ/⁊ ramos renati ſunt:vt non ſemel obſeruatio docet. Intelligit autem per ſtipitem,fuſtem terrę defixuꝫ,qui quoqꝫ a latinis caudex dicitur:⁊ quoniam ſimilis diſpoſitio accidit in radicibus,ideo inquit. Cum autē ſic fuerint radices,vt ſubaudi quędam areſcant,alię generantur ex exiſtente/hoc eſt ex eo trunco,quod ſupereſt. His expoſitis recolligit rationem,⁊ concluſionem,⁊ dicit. Et ſic planta per coalternā radicum ⁊ ramorum pullulationem atqꝫ germinationeꝫ/per quā.ſ.hoc quidem corruptum:hoc autem factum eſt,plantę viuaciores ſunt quibuſdam animalibus. Sꝫ circa ꝑſentem determinationem dubitant primo vtrum plātę aliquę ſint longioris vitę animalibus. Et videtur ꝙ non:quoniam tēperata complexio eſt magis vitę apta:ſed inter oēs cōplexiones humana eſt temperatior vt Phi ⁊ medici dixerunt.ergo homo natura eſt cunctis vitę longioris.

Nō de lōgeuis.

Pria pō ¶ Quidam dixerunt ꝙ homo per ſe eſt cunctis viuentibus viuacior:cum hominem poſſe viuere fere ad millenariuꝫ annorum teſtentur hyſtorię:dicentes aliquos ſic vixiſſe:per accidens ꝟo humanam vitam aſſerunt eſſe factam breuem ex multis cauſis. Qꝛ quidem homines viuaciores ſint cunctis viuentibus per ſe:probatur ratione,⁊ hyſtorijs. Per hyſtorias enim catholicas aliquem vixiſſe nonigentos ſexaginta nouem annos:clariſſime habetur. Quę ratio docet humanę ſpeciei vitę terminum per ſe eſſe ad millenarium annoruꝫ fere:ratione ꝟo,quoniam animaliuꝫ homo eſt temperatiſſimus,vt dicunt Phi ⁊ medici. Qꝛ ꝟo humana vita nūc ſit debilis admodum effecta,probant primo,quoniam mundus hic inferior totus,vt auctor eſt Ariſtoteles primo libro metheororum, ſeneſcit, ergo humana vita: quę huius pars eſt principalior,videtur defecta. Secundo hoc docet obſeruatio,quoniam humana natura ea pharmaca non ſuſtinet,quę olim ſuſtinebat,vt elleborum,⁊ ſcamoneaꝫ/⁊ id genus. Tertio experientia docet,nunc homines pro maiore parte nō plures.28.habere dentes,antiquitus ꝟo.32. At vt Ariſtoteles inquit libro 2° de hyſtoria animaliuꝫ,quibꝰ dentes.32.inſunt,hi longeui ſunt.ergo humana vita eſt debilis effecta,cum primo.32.nunc.28.dentes plerūqꝫ homines habeant.

Dūa 9ª ¶ Petrus apponenſis cognomento Conciliator aſſeruit,ꝙ humana vita aliquando fortis,aliquādo debilis,aliquando mediocris effecta eſt. Qꝛ ita ſit probat ipſe aſtronomicis,⁊ phyſicis rationibus. Prima quidem aſtronomica ratio accipitur ex coniunctione capitum arietuꝫ inuicem ſignorum mobilium cum capite arietis ſignorū immobilium. Cum enim hęc coniunctio accidit,virtus viuifica fortius a primo principio diffunditur ad īferiora/mediantibus ſtellis,quę ſunt ſecundę cauſę:fortius quoqꝫ in his imprimitur,ergo tunc humana vita fortis effecta eſt: nunc ꝟo in talium capitum diſtantia,contra vita humana debilis cernitur. Secunda cauſa accipitur ex coniūctionibꝰ ſaturni ⁊ iouis,quę fit in capite arietis:ex diſpoſitione enim ſtellarum/quę in tali coniunctione contingit,non ſoluꝫ(vt inquit)humana vita fortis,ac debilis effici poteſt,ſed etiaꝫ totus mundus variari. Tertia cauſa accipitur ex eclipſibꝰ potiſſimuꝫ ſolaribus:ex diſpoſitione eniꝫ ſtellarū,quę eclipſium temporibus accidunt,non ſolum humana vita nunc fortis,nunc debilis fieri poteſt,ſed etiam mundus variari. Quartam cauſam accipit ex planetis, quo vnuſquiſqꝫ in mundo accipit proprium regimen initio ſumpto a ſaturno.hę ſunt eiꝰ cauſę aſtrologicę. Phyſicę aūt ſunt tres. Prima accipitur ex parte mutationum,quę proficiſcuntur ex terra,vt ex voraginibus,hiatibus,diluuijs,⁊ id genꝰ,ex quibus aer alteratus quodāmodo efficiť vitę humanę ineptus. Secunda accipitur ex parte vſus ſex rerum non naturalium,nam temporibus noſtris homines luxurię, gulę, ⁊ alijs vitam humanam corrumpentibus dediti breuioris vitę effecti ſunt:ſignum autem quoniam tempore Hippocratis pueri ⁊ eunuchi non podagriçabant,noſtris temporibus contra:vt Galenus inquit. Tertia cauſa accipitur ex modo generandi,antiquo enim tempore vir ⁊ fęmina non coniūgebantur niſi ętate perfecta:membriſqꝫ generationis integratis:⁊ quia genituꝫ naturam ſequiť generantis vtplurimum,vt dicitur ꝑmo de generatione animaliuꝫ. Ideo humana vita nunc eſt debilis:cum vir ⁊ mulier ſatis iuuenes copulentur. Qđ Arilēs attendens libro politicorum 7° pręcepit,vt copulatio fieret viro exiſtēte annorum.36.muliere.18. Ex his concludit humanaꝫ vitam debiliorem eē ab eo,quo fuit in antiquo tēpore. Redire ꝟo ad fortitudineꝫ

ſinglis

Ayuntamiento de Madrid

ſinglis.9000.annorum,quo annoruʒ numero caput arietis
mobilis complet eius quadrangulum:accedentibus tamē
Repo/batio pō/nis. alijs cauſis cęleſtibus.¶ Sed pace tanti viri dixeriʒ iſtę ra
tiones friuolę ſunt,⁊ potius ad oſtentationem,q̃ʒ ad effica/
ciam factę.primo quoniam,aut cęleſtes cauſę compellunt
ſublunares,aut non.Si cęleſtes cauſę ab eo aſſignatę com/
pellunt ſublunares,igitur ſolę cauſę cęleſtes ſatis ſunt:quo/
niam illis ſtantibus,ſublunares cauſę ſtatim emergūt,⁊ ſic
fruſtra ab eo ponuntur cauſę phyſicę:cum illę īualidę ſint,
cauſis cęleſtibus contranitentibus,aut nō exiſtentibꝰ. Sin
autem cęleſtes cauſę ſublunares non compellunt,videntur
cęleſtes ſuperfluere,quoniam ſolis cauſis ſublunaribꝰ ad/
uenientibus,vita noſtra fiet nunc debilis,nunc fortis,nunc
mediocris.Pręterea ipe aſſerit cęleſtes cauſas ſublunares
compellere,ait enim hunc mūdi regi a ſuperiori. Pręterea
cauſę cęleſtes non modo facerent ad vitę humanę longitu
dinem,ſed cęterorum viuentium,modo nos non vidimus
vitam in alijs fuiſſe nunc longam,nunc breuem,nunc me/
diocrem:ergo nec in hominibus.¶ Secūdo qꝛ aſtronomi/
cę cauſę friuolę vidētur,⁊ potius(vt mihi videt̄)ad oſtē/
tationem.Primo quidem quoniam circa natiuitateʒ redē/
ptoris fuit omnium capitum coniunctio:vt ſupputantibus
patet:⁊ tamen non videmus tunc homines fuiſſe ita longe/
uos vt dicit ipſe.Secundo quoniam fuerunt longeui, quā/
do nulla fuit cauſa cęleſtis talis,Cum enim Adam.930.vi/
xit annis,⁊ Matuſalē.969.⁊ Noe.700.nulla pręceſſit Sa/
turni ⁊ Iouis coniunctio ex ſtellis ita affecta/vt vitam ita
longam feciſſet.Minime tunc fuit capitum coniunctio,nec
quadrāgulus vt declarauimus in helionoricis figuris.Am/
plius eo tempore nulla fuit talis eclipſis ſolis,quales fingit
ipſe eſſē cauſam longę vitę.Tertio fuerūt tales cauſę cęle/
ſtes,quando non fuerunt longeui:vt poſt diluuium multę
fuerunt eclipſes,multę cōiunctiones Saturni ⁊ Iouis,⁊ ta/
men a temporibus Noe vſqʒ ad noſtra tempora:nullū ve/
niſſe ad tot annos,ad quot ſacra hyſtoria illos perueniſſe
affirmat:nullus ſcripſit:niſi de Neſtore:quod nōnulli fabu
Ca. 48. loſum eſſe aſſerunt.Plinius etiam curioſus auctor 7° libro
hyſtorię naturalis/dum de longeuis narrauit hyſtorias ta/
lem annorum numerum nulli dedit.Ultima cauſa ex cęte/
ris ſtellis aſſumpta ridicula eſt,⁊ Ptolęmei non ſapit aſtro
nomiam:planetas enim ſic(vt ipſe fingit)mundum guber
nare eſt cōmentitium,⁊ Albumaſaris inuentum nulla ob/
ſeruatione,nec ratione obſeruatum:accedit ad hęc,ꝙ ſępe
regimen eiuſdem ſtellę redijt,vbi homines non legimus
tanto annorum curriculo vixiſſe.Cauſas autem phyſicas,
quas affert lʒ poſſint vitam variare:tamen non adeo ſen/
ſibiliter,vt in ſacris hyſtorijs legitur eſſe variataʒ a noſtra:
quando enim elleborus concedebatur:⁊ coniugia fiebant
ſm ordinem naturę:⁊ dentes erant.32.⁊ eunuchi nō poda/
griçabant,⁊ talia erant,qualia ipſe narrat,homines non vi/
uebant multo pluribus annis q̃ʒ nunc viuant: vt patet per
hyſtorias Plinianas,⁊ cęterorū:⁊ ſic concedo cauſas illas
variare naturam:non tamen variatione ſenſibili,vt dictuʒ
eſt.Amplius ſi variant,repentine variant,⁊ non diu durat
variatio illa,vt durauit antiquo tempore. Pręterea cauſę
iſtę faciunt,vt homines vtplurimum moriātur morte vio/
lenta,⁊ tunc moriebantur,vtplurimum morte naturali: et
ſic per accidens eſt variata.Quare cauſę iſtę quas Cōcilia/
tor finxit,ſolum cōmentitię vidētur.Ea vero ratio,quę pro/
cedit ex temperantia complexionis,primo non valet,quo/
niam temperantia complexionis non arguit longam vitā
ſimpliciter,ſed in eadem ſpecie ⁊ nec ſemper in eadeʒ ſpe/
cie:non autem in eodem genere:vt aſſerunt medici.Secū/
do/quoniam dato ꝙ ita eſſet,cum ſemper homo ſit cōple/
xionis temperatioris q̃ʒ cętera viuentia/ſemper eſſet lon/
gioris vitę.¶ Propter hęc Philoponus 2° libro de gene/ Pō alia
ratione animalium/terminum dat ſpeciei humanę/aliū in/
diuiduo:ſpeciei quidem ſpatium vitę aſſerit eſſe.140. vel
150.annos,quatenus aliqueʒ vixiſſe tot annos legitur:nul/
luʒ vero plures:vnde Plinius in Tmoli mōtis cacumine qđ
vocant cepſim auctoritate Mutiani.150.annis viuere ho/
mines ſcribit.Eſt autem Tmolus mons Lydie, vt idem
Plinius ſcribit libro 5°.Auerroes vero libro 2° de generatio/
ne ſpeciei humanę ſpatium vitę naturale conſtituit annos
75.quod falſum eſt,quoniam obſeruatio docet multos ho
mines vitam longiorem vixiſſe.Conſtat autem terminum
ſpeciei nullum indiuiduum poſſe excedere,ſed bene abbre
uiare,vt Philoponus ſcribit 2° de generatiōe.Indiuiduis
autem varios terminos Philoponus aſſignauit,naʒ ꝓpter
multas cauſas poſſunt terminum ſpeciei pręuenire.Tum
ex varia ſeminum patris ⁊ matris cōmiſtione:Tuʒ ex va
rio regimine cibi ⁊ potus,⁊ aliarum rerum:etiaʒ ex varijs
conſtitutionibus cęli quę diuerſę ſunt in diuerſis genituris.
Propter hanc cauſam Plinius libro 7° hyſtorię aſſerit ho/ Ca. 49.
mines non fuiſſe ita longeuos,vt videtur prima facie eos
fuiſſe:quoniam differentiam annorum ex inſcitia tempo/
rum accidiſſe credidit. Hęc ſunt,quę habemus ab alijs.
¶ Ego vero arbitror qđ in ſacris hyſtorijs ſcribit̄ eē argumē/ Dilucida tio vitatis
tum efficaciſſimum ꝙ longęui aliquando fuerint,nam qđ
ibi ſcribitur eſt veriſſimum,nec debet homo dubitare,cuʒ
rationem non habeat ad oppoſitum vrgentem : auctoritas
enim eſt valida:quoties nulla eſt ratio valida in contrariū.
Nam lʒ fides non habeat gladium,vt offendat(vt inquit
Nycenus)habet clipeum,vt ſe defendat. Pręterea hyſto/
ria,vt inquit Ariſtoteles,carpitur,vel qꝛ oppoſitum eius:
quod tradit habetur per ſenſum:aut per rationem efficacē,
aut per maiorem auctoritatem in contrarium: quare cum
nulla ſit ratio vrgens,quę probet contrariuʒ,nullus quoqʒ
ſenſus ſitqʒ auctoritas approbata a tot viris pręcipuis/di/
camus longeuos fuiſſe.Quod eo mihi conſonuʒ eſt,quoniā
ſicut mors accidit ob ſcelera,ita vitam breuem effectaʒ eē
arbitror ex eadem cauſa.Tunc patet ad quęſtionem:quo/
niam lʒ concluſio illa in ſacris tradita non poſſit ratiōe de/
monſtratiuas probari:non poteſt tamen improbari:⁊ hoc
ſufficit fideli vt ſe defendat.¶ Conſequenter quęrit̄ vtruʒ 2ª qō
planta:quę effecta eſt denuo iuuenis ſit eadē numero,quę
erat antea.¶ Aluerniata reſpondet hypotetice,dicēs ita eē
de plantis ſicut de animalibus,modo in animalibus dicit
Ariſtoteles,ꝙ ſi eſt vnum membrum principale per quod
animal eſt vnum:ſemper illo membro exiſtente, aīal erit
vnum.vnde ſoluens Ariſtoteles quęſitum de monſtro ha
bente duo capita,ait in libris de animalibus,ꝙ ſi cor eſt
vnum,illud animal eſt vnum:ſi vero cor non eſt vnum,nec
quoqʒ animal vnuʒ erit:ita ⁊ de plantis aſſerit,ꝙ ſi eſt vna
pars in plantis,per cuius vnitatem planta dicitur vna,quę
forte conſiſtit in contractu trunchi ⁊ radicum,ſic plāta erit
vna.At ſi talis pars non fuerit vna,nec planta renata erit
cum priori vna.¶ Candauenſis vero alium modum fingit,
dicit enim ꝙ ſi in ſtipite manet humidum radicale plantę
primę,tunc ambę ſunt eędem numero,veluti homo per to
tam vitam manet idem numero,propterea quia ſemꝑ ma
net de humido radicali.At ſi in ſecunda planta non manet
idem radicale humiduʒ,quod erat primę plantę,tunc ſunt
eędem ſpecie,non numero.¶ Ego vero arbitror,ꝙ hęc ꝯſe/
quentia negatiue valet/non eſt idem humidum radicale,ḡ
non eſt eadem planta,vt Philoponus aſſeruit ꝑmo de ge/
neratione capitulo de augmentatione.Affirmatiue vero non
ſequitur,quoniam in ramo tranſplantato eſt idem radicale
humidum,quod erat prioris plantę/e qua eſt diuiſus,⁊ ta/
men non eſt vna planta numero cum planta/a qua fuit di/

uiſus. Diceremꝫ igitur ad vnitatem numeralem plantę ⁊ ani
malis eſſe neceſſarium, vt idem membrum principale ſit, ⁊
ideꝫ numero humidum radicale: ⁊ ſic patet ſolutio quęſtio/
nis: ꝙ ſi in ſecunda planta renata adſunt ambo hęc, erunt
3º qõ vna, altero autem deficiente: non eſt dicenda vna. ¶ Adhuc
quęritur vtrum in plantis membrum ſeminale poſſit iſtau
rari. Medici fecerunt differentiam inter humidū ſperma
ticum, ⁊ humidum nutrimentale: quoniam humiduꝫ ſper/
maticum non poteſt inſtaurari. Humidum ꝟo nutrimēta/
le poteſt inſtaurari: ⁊ quoniam membra animata ſunt hu/
mida humido ſpermatico, ideo talia membra non poſſunt
inſtaurari: qꝛ tamen caro eſt ab humido nutrimentali, ideo
caro poteſt inſtaurari: dicerent ergo in plantis mēbra ipſa
ſeminalia non poſſe inſtaurari: bene autem nutrimentalia.
¶ Obijcit autem Albertus, quoniaꝫ omnia membra, ⁊ oēs
partes, ⁊ omne humiduꝫ, quę habuit fętus in vtero ꝑ actio/
nem calidi ſunt ſpermatica: modo per actioneꝫ calidi in hu
midum menſtruoſum, fętus in vtero habuit carnes ⁊ oſſa:
⁊ cętera membra, ergo omnia hęc ſunt membra ſpermati/
ca: ⁊ ſic tenet ꝙ membra ſpermatica, etiam poſſunt inſtau/
rari: ⁊ ſi non omnia, ſaltem aliqua, vt carnes, ⁊ cutis, ⁊ id ge
nus: non autem omnia, vt oſſa, ⁊ nerui, ⁊ id genus: non quia
ſint ſpermatica, ſed quoniā defecit vigor qualis fuit in vir/
tute ſeminali. Tunc diceret in plantis etiaꝫ aliquas partes
ſeminales poſſe inſtaurari, aliquas autem non: poſſunt eniꝫ
inſtaurari quęcūqꝫ pro earum generatione non requiritur
tantus vigor, quantus fuit in ortu: quę ꝟo eum vigoreꝫ vo
lunt qui fuit in ortu: inſtaurari non poſſunt.

¶ Aſſimilantur autem plantę, inſectis: vti iam
diximus. nam plantę, diuiſę ſeiunctęqꝫ viuūt:
ac duę ex vna atqꝫ etiam plures procreant.

¶ Aſſimilantur autem plātę, entomis: ſicut di
ctū eſt prius. diuiſę enim viuūt: ⁊ duę ⁊ mul/
tę fiunt ex vna.

Cōmen tariuꝫ ¶ Cum aſſignauit cauſas longitudinis vitę in quibuſdā plā/
tis per comparationem ad animalia ſm differentiaꝫ: nunc
comparat plantas ſm conuenientiam ad quędam anima/
lia: ⁊ ſm differentiaꝫ. ⁊ dicit: ꝙ plantę aſſimilantur anima/
libus entomis, hoc eſt inſectis, vt prius eſt dictum, exponit
autem ſimilitudinem primo, deinde diſſimilitudinē. Expo
nens autem ſimilitudinem, dicit duo, primum ꝙ plantę di
uiſę viuant. ſecundo dicit ꝙ ex vna planta per diuiſionem
fiunt duę, ⁊ multę. quę in animalibus inſectis etiam clariſſi
ma ratione cernuntur. Animal enim inſectum diuiſuꝫ viuit:
⁊ ex vno per diuiſioneꝫ fiunt duo, ⁊ plura. Ex quo loco col/
ligitur, ꝙ pars animalis inſecti deciſa eſt animal: quod qui/
dem ſit verum vel ne, quęſtio eſt pertinens ad librum de
anima, nunc auteꝫ ſupponatur. Hęc de ſimilitudīe. ¶ Quo
Inſecta quę. ꝟo ad verba attinet, inſecta animalia gręce entoma dicū/
tur, quę partiꝫ terreſtria ſunt, vt Ariſtoteles inquit in libris
de animalibus, vt ſcolopendrię, ſtelliones: partiꝫ volucria,
vt apes veſpę: partim cum vtroqꝫ participantia, vt formi/
cę: partim pēnis ⁊ pedibus carentia, vt tineę, quę in homi/
ne naſcuntur, dicta inſecta ab inciſuris, quę nunc ceruicū lo/
co: nunc pectorum ſunt atqꝫ alui.

¶ Inſecta ꝟo, viuunt quidem: ſed longo tem/
pore viuere nequeunt. nā nec inſtrumēta poſ/
ſident: nec principium illud quod ſingulis in/
eſt, ea efficere poteſt. At illud quod plantis in/
natum eſt: poteſt. quippe cum plantę: vbiqꝫ tā
radicem qꝫ caulem potentia habeāt. Quapro/
pter: ab eo ſemper aliud recens, aliud ſenectuꝫ
prouenit. quę pauxillum inter ſe vitę longitu/
dine differunt: perinde vt ea quę auulſu ſerū/
tur. etenim in ea ſatione quę auulſo ſurculo ef/
fici ſolet: idem quodāmodo euenire dicas. id
enim quod auulſione ſeritur: particula quędā
eſt. Uerum hoc in ſatione quę auulſu fit, ſeiun
ctis contingit: ibi, cōtinuis. Cauſa: ꝙ principiū
ipſum potentia vbiqꝫ ineſt.

¶ Entoma autem, vſqꝫ ad viuenduꝫ peruene/
runt: multo autem non poſſunt tempore. non
eni habent organa: neqꝫ facere poteſt ipſa prin
cipium quod in vnoquoqꝫ. Qđ autem in plā/
ta: poteſt. vbiqꝫ enim: habet radicem ⁊ germē
potentia. Quapropter ab hoc ſemper proue/
nit: hoc quidem nouum, hoc autem ſeneſcens,
modico aliquo differentia in eo qđ eſt eſſe lō/
gę vitę, ſic quemadmodum que aſplantantur:
etenim in aſplantatione: modo aliquo dicet
vtiqꝫ aliquis eadem accidere. particula eni q̄/
dam: quod aſplantatur. In aſplantatione igi/
tur ſeparatis, accidit hoc: ibi autem, per conti/
nuum. Cauſa autē: quia ineſt vbiqꝫ principiū
potentia exiſtens.

¶ Cum poſuit ſimilitudinem inter plantas, ⁊ entoma, nunc Cōmen tariuꝫ
ponit diſſimilitudinē. Diſſimilitudo ꝟo eſt, ꝙ lꝫ partes de
ciſę plantarum, ⁊ partes deciſę entomorum viuant, tamen
partes entomorum non diu viuere poſſunt. Cuius cauſam
affert ex eo quia tales entomoruꝫ partes deciſę non habēt
organa neceſſaria ad nutrimentum. ſ. os, ⁊ ſtomachum: os
quidem per quod cibum aſſumant, ſtomachuꝫ ꝟo per quē
cibum concoquant. Signum autē, ꝙ ſi in altera entomi de/
ciſi parte hęc remanerent, tale animal poſſet diu viuere: vt
patet de lacerta: cuius cauda eſt abſciſa. Sꝫ dices hęc duo
organa facere poteſt virtus, quę derelicta eſt in parte deci/
ſa: refutans hoc dicit, ꝙ nec talia organa, nec opera taliū or/
ganorum facere poteſt principium ⁊ virtus, quę eſt in vna/
quaqꝫ particula deciſa. ⁊ ſic patet prima pars. Secunda ꝟo
pars eſt, ꝙ partes plantarū deciſę diu viuere poſſunt: quo/
niam lꝫ in illis non remaneant organa neceſſaria ad nutri/
tionem: tamen aſplantatę in terra habent radicem, quę eſt
ori ſimilis potētia: ⁊ cęteras partes, quę loco ſtomachi ſūt
etiam potentia: habent etiam germen, ⁊ virtutem pullula/
tiuam, per quaꝫ proficiſcitur ſemper hoc quidem nouum,
hoc autem ſeneſcens: qꝛ igitur habēt radices potentia, poſ/
ſunt enutriri: qꝛ habent nodos, poſſunt cibuꝫ decoquere: qꝛ
habent germen potentia, poſſunt generare. Sed dices nū/
quid rami qui fiunt per pullulationem in ipſamet planta, ⁊
rami qui aſplantantur: differant aliqua ratione. Reſpōdet Cōmen tariuꝫ
ꝙ parum differunt quo ad eſſe longęuum. vnde dicit. Aſſi
milantur autem plantę ipſę entomis ſicut dictuꝫ eſt. Expo
nit autem ſimilitudinem, ⁊ dicit. Diuiſę enim. ſ. plantę vi/
uunt, ⁊ duę ⁊ multę fiunt ex vna: ſicut etiaꝫ animal diuiſuꝫ
viuit, ⁊ duo vel plura fiunt ex illo vno diuiſo: hęc eſt ſimili/
tudo. Dat diſſimilitudinem, ⁊ dicit. Entoma auteꝫ cuꝫ ſub/
audi diuidunt: vſqꝫ ad viuendū peruenerūt: ⁊ ſic diuiſa vi/
uunt, veluti plantę, verū eſt differētia, quoniā multo tēpo/
re nō poſſunt viuere. Cuius cām aſſignat, ⁊ dicit. Nō enim
habēt organa. ſ. nec actu, nec potētia, quę ſunt neceſſaria ad

vitā

vitā.ſ.ſtomachū/⁊ os,nec principiū,qđ eſt in vnoquoq; mē bro aialis deciſi,pōt facere ipſa organa/q̄ ſunt neceſſa/ria ad vitā:⁊ per principiū virtutē itelligit,nō eni ea virtus vitę,quę manet in cauda lacertę abſciſa,facere pōt organa neceſſaria ad vitā.ſ.ſtomachū,⁊ os:qđ aūt eſt in planta de/ciſa derelictū,pōt facere radicē,⁊ trunchū:radicē qdem lo co oris,trūchū loco ſtomachi in cuius q̄ſi medio eſt velut cor.Cuius cām ⁊ dicit.Quia pars plātę deciſa vbiq; aſplā/tata hȝ radicem loco oris,⁊ germē loco p̄ncipij generatiui, ſubaudi ⁊ trūcuȝ loco ſtomachi,hȝ dico hęc oīa ſaltem po tētia.¶ Ex his ↄcludit q̄ eodē modo eſt de tota planta,ſic̄ de parte deciſa quo ad organa hn̄da,lȝ ſit differētia,vt dic̄. vnde ingt.Quapp ſubaudi vt ab hoc.ſ.plāta tota ꝓuenit h̄ quidē nouū.ſ.rōne germinis exiſtētis actu in ea:hoc autem ſeneſcēs,modico aliquo dr̄ia in eo qđ eſt eē lōge vitę.Anti/quū eniȝ eſt breuis vitę,nouuȝ autē longę vitę:⁊ dixit[ mo/dico aliquo dr̄ia ]quoniā hęc differentia nec eſt numero nec ſpē,ſed ſolū quę eſt inter ptes eiuſdē totius.Deinde cōplet dr̄iam,⁊ accipit queādmodū pro etiā,vel eodē mō/⁊ dicit. ſic queādmodū/hoc eſt ſic etiā,vel ſic eodē modo/hęc ſunt in his,quę aſplātant̄.Eteni in aſplātatiōe ipſa mō aliquo.ſ. potētia dicet vtiq; aligs eadē accidere.ſ.radiceȝ loco oris, trūcuȝ loco ſtomachi,germē loco teſtiū.Et cām aſſignat,⁊ dicit.Qꝛ qđ aſplantat̄ eſt q̄dam particula plātę/in qua oīa hęc ſunt potētia.vnde ↄcludit dr̄iam iterum ⁊ dicit.Igit̄ in ſepatis particulis plātę aſplātatione factis accidit,hoc.ſ.p̄n cipiū ⁊ potētia/qua ſunt illa tria.Ibi aūt.ſ.in plāta facta h̄ tria ſunt per ↄtinuū/hoc eſt per actū continuū ⁊ ſucceſſiuū: vel forte cū loquat̄ in nūero ſingulari itelligit p hoc germi/nationem/⁊ tunc eſt ſenſus,q̄ germinatio accidit ſepatis in aſplātatione.In tota vo plāta accidit germinatio p ↄtinuū ⁊ vnū,quoniā in eadē planta.Sȝ p̄ma expoſitio eſt ad vba gręca:⁊ pōt legi verbū[ igit̄ ]pro ſed.q.d.ſed in his q̄ aſplā/tatione ſepatę ſunt,hoc.ſ.principium qđ eſt potētia illa tria accidit.ibi aūt/hoc eſt in plāta perfecta illa tria ſunt p cōti/nuum/hoc eſt p actū non interciſuȝ:hęc eſt expoſitio optia. Qꝛ aūt in ſepatis aſplātatione accidāt illa tria,aſſignat cāȝ, ⁊ dicit.Cā aūt,qa ineſt vbiq;/hoc eſt in quauis pticula prin cipiū factiuū illoꝝ triū potētia exiſtēs.¶ Ex his voluit ha/bere Ari^les^ q̄ tria ſūt in ramo aſplātato,⁊ tria in ipſa plāta facta:radix loco oris/truncus loco ſtomachi,⁊ germen loco teſticuloꝝ:veruȝaliter atq; aliter,in aſplantata eni pte hęc tria ſunt potentia/in planta perfecta hęc tria ſunt actu.Et per germē intelligit qđ ex arboꝝ oculis naſcit̄,ſurculus.n. dicit̄ p̄gnans a generando:⁊ ideo dr̄ gn̄onis principiū.Per hęc voluit hr̄e differētiā inter pticulaȝ deciſam aīalis ento/mi,⁊ particulā deciſaȝ plātę,qm̄ plantę particula pp hanc cām diu pōt viuere,pars aīalis non.Hęc Ariſtoteles.

Quid germen.

¶ Porro:idē in plātis ⁊ aīalib⁹ euenit.Naȝ in aīaliū gn̄e:mares diuti⁹ magna ex pte viuūt.

¶ Accidit autem idem:in animalibus ⁊ plantis.In animalibus enim:lōgioris vitę maſculi vt in pluribus.

Cōmentarius

¶ Poſtq̄ egit de lōgitudie vitę in plātis ſm̄ dr̄iam ad aīa/lia:hic agit de ea ſm̄ ↄueniētiā,⁊ ponit hāc ↄclōnē/q̄ idem accidit in aīalib⁹ ⁊ plātis,q̄ vt maſculi in aīalib⁹ ſunt vitę lōgioris,ſic in plantis,vn̄ dicit.Accidit aūt idē/in aīalib⁹/⁊ plātis,in aīalib⁹.n.lōgioris vitę maſculi ſūt,vt in plurib⁹,et ſil'r in plātis plātę maſculę ſūt lōgioris vitę:verum hoc eſt intelligendū,vt dicit,vt in pluribus,qm̄ paſſer fęmina lon/gioris vitę eſt q̄ maſculus:⁊ pp alias cauſas.

¶ Quoꝝ partes ſupernę:maiores ſūt,q̄ infernę.nā mas:fęmina magis formaȝ gerit pomilionis.ſupna vo,calor:⁊ inferna,frigus occupat.Et in plātarū gn̄e:quę caput p̄graue ac pōderoſuȝ geſtāt,lōgius vitę curſuȝ ꝓtrahūt.

¶ Hoꝝ aūt ſupiora:maiora q̄ inferiora.magis enim nanus maſculus:q̄ femella.in ſuperiori autem,calidū:⁊ frigidū,in inferiori.Et plātarum:quę capite graues,longioris vitę.

Cōmentarius

¶ Dicet qs,nō eē bene dcm̄ in plātis eē maſculū ⁊ fęminā, qm̄,vt dr̄ libro p̄ de gn̄one aīaliū,mas eſt id qđ in aliud ſe/men emittit,fęmina vo qđ in ſe emiſſuȝ ſemen recipit:mō ſic nō eſt dr̄ia ſexuū in plātis:q̄ſi rn̄det q̄ mas ⁊ fęmina nō dicunt̄ in plātis ſm̄ eā rōnē:ſm̄ quā in aīalib⁹:ſed q̄daȝ ſi/militudie,vt ea plāta maſculus ſit,cui⁹ ſupiora maiora ſūt: ea femella:cui⁹ iferiora maiora ſūt.vn̄ dicit.Hoꝝ autem.ſ. maſculoꝝ in plātis ſunt(vt in aīalibus)ſupiora maiora q̄ inferiora:⁊ hac rōne ſumit̄ rō ſexus.Qꝛ aūt in aīalib⁹ ſupio ra ſint maiora/pȝ experimento,qm̄ nanus/hoc eſt pomilio pro maiore ſui pte eſt mas magis q̄ fęmina:⁊ hoc ꝓ tanto, qꝛ pomilio eſt cui⁹ ſupiora ſūt maiora:⁊ paruus hō:dico ꝓ maiori pte:qm̄ etiā fęmina eſt nana:raro tn̄,qm̄ nanus pro maiori pte ſupiora hȝ maiora:qđ fęminis raro accidē pōt. Nō ↄtētus expimēto/aſſignat cāȝ,q̄re in maſculis ſupiora ſūt maiora,⁊ legēdū eſt textū licēter.ſ.aūt p qm̄/aut ꝓ ēt vt non raro fecit Philoponus,⁊ dic̄.In ſupiori auteȝ/hoc eſt, qm̄ in ſupiori calm̄ magis ↄgregat̄,⁊ frigidū magis cōgre/gatur inferi⁹.Et qm̄ in maſculis calm̄ eſt maius,in femellis frigidum,iō mulieres hn̄t iferiora maiora/mares cōtra.Ex hoc ifert propoſitum,⁊ legendum eſt ⁊ pro ergo.q.d.g̊ plā/taruȝ/quę capite graues ⁊ magnę ſunt,ipſę ſunt lōgioris vi/tę:nam ſunt maſculi,vt patuit.

¶ Cuiuſmodi ſunt:nō annuę,ſed q̄ figura ſunt arboris.ſiqdē radix:plātaruȝ pars ſupera atq; caput eſt.q̄ auteȝ ſunt annuę:parte inferiora ⁊ augentur ⁊ ſuos fructus effundunt.

¶ Tales aūt:nō quę epeteię,ſȝ arboroſę.ſupi⁹ eni plātę ⁊ caput:radix eſt.epeteię aūt:ad iferius ⁊ fructū accipiunt ⁊ augmentum.

Cōmentarius

¶ Sed duo occurrūt dubia,p̊ q̄ ſint plātę maſculę.z° qd in plātis itelligimus p ſupiora,Ad p̄^m^ rn̄det Ari^les^ ⁊ dicit.Tales aūt maſculę plātę non ſunt q̄ epeteię/hoc eſt annuę:quę parue herbę dicunt̄:queq; nō eleuant̄ ſup terraȝ,ſȝ expan/dunt̄ in terra:ſȝ plātę maſculę ſūt arboroſę.ſ.quę eleuantur ſupra terrā,⁊ nō expādunt̄ in terra:in quo gn̄e ēt miliū,fa/ba,lupinus,⁊ frumētū eē poſſunt:nā lȝ ſint annuę/tn̄ ſūt ar/boroſę:vt dicemus.Ad z^m^ rn̄det,⁊ dic̄.Supius eni plāte ⁊ caput,eſt radix:ſecus in hoīe,eſt hō plāta euerſa,vbi mihi videt̄ vbū illud/eni,nō cauſaliter eē legēduȝ,ſed copulatiue ꝓ et,q̄ſi dicat.⁊ ſuperius plātę qđ ēt caput eſt,radix eſt. ¶ Sed dices vtruȝ oēs epeteię ſint fęminę.Rn̄det q̄ nō, ſed ſolū,q̄ nō ſūt arboroſę,ſed expāſę,⁊ ingt.Epeteię aūt q̄ ſūt fęminę,hę ſūt ſubaudi/q̄ ad iferius,⁊ fructū accipiūt,vl' gn̄ant,⁊ augmētū,vt ſūt q̄cūq; in terra expēſę ſūt.Ex qbus colligit̄ plātarū alias eē arboroſas,alias expāſas p terraȝ: expāſę qdē p terrā oēs ſunt fęminę:arboroſę,lȝ ſint dupli/ces/epeteię,⁊ chronicę:maſculę ſūt,q̄rū radices ſunt maio/res,femellę vo:q̄rū radices ſūt minores.¶ Sed q̄res q̄re in plātis radices ſūt maiores aliqn̄,non eni vr̄,qꝛ ps multa calida ad eas moueat̄:qm̄ calidū moueť ad ſupi⁹ mundi:⁊ nō ad ſupius plātę.Dōm q̄ calm̄ moueť ad ſupius plātę, qđ eſt radix:nō a ꝓpria calidi nā:ſed a virtute regitiua plā/tę:⁊ ſic cū illę ptes ſunt maiores,eſt ſignuȝ qđ mult̄ calidi

Dubiū



Ayuntamiento de Madrid

ad eas eſt trāſmiſſum, ⁊ ſic in arborosis maſculę ſūt, q̄rum
2ª dubō radices maiores ſūt. ¶ Adhuc quęres q̄re epeteię expanſę
ſint ſolū femine. Dici pōt, q̄m iſtę cōparatiōe habita ad ar/
borosas, vtplurimum ſunt pauciorum fructuum, ⁊ potius
naſcūtur putrefactione, q̄ȝ ſemine. At maſculus eſt, qui ma/
iorum ⁊ plurium fructuum eſt.

¶ Sȝ de hoc ſeorſum ꝑ ſe in libris de plātis tra
ctabit: nūc autē de ceteris, nēpe de aialibus, cā
q̄ȝobrē alia lōgū vitę ſpatiū obtineant, alia bre
ue, explicata eſt. Reſtat: vt de iuuētute ⁊ ſene
ctute ⁊ vita ⁊ morte cōtēplemur. his.n. ꝑfinitis
dterminatiſqȝ: aialiū doctria finē erit aſſecuta.

¶ Sed de hoc q̄deȝ ⁊ ſm ſe in ijs quę de plan/
tis determinabit: nunc autē de alijs, aialib⁹, di/
cta eſt cauſa de magnitudie vitę ⁊ de vitę bre/
uitate. Reliquū autē nobis cōſiderare: de iuuē
tute ⁊ ſenectute, ⁊ vita ⁊ morte. his eni deter/
minatis: finem vtiqȝ habebit quę de animali/
bus methodus.

Cōmentariuȝ ¶ Q̄m in his, quę de plātis dixit, multę occurrunt q̄ōnes, vt
vtrū in plantis ſit ſexus, ⁊ vtrū aliquę epeteię ſint maſculę/
alię fęmię: ⁊ de arborosis ſilr: ið d his q̄ōnib⁹ ⁊ alijs ſe excu
ſans, ꝯtinuādo ſe ad ſequētia epilogat, ⁊ dic. Sȝ d h̄ q̄dē. ſ.
de plantis ac plātarū negocio/ ⁊ ſm ſe/ hoc eſt ſeorſuȝ, in his
quę de plātis determinabit: nūc aūt de aialib⁹ alijs, q̄ a plā/
tis differūt/ cauſa de vitę magnitudie, ⁊ de vitę breuitate di
cta eſt. Hęc de excuſatiōe ⁊ de epilogo. Continuādo vō ſe
ad ſequētia/ dicit. Reliquū autē eſt nobis cōſiderare de iu/
uētute/ ⁊ ſenectute, ⁊ vita ⁊ morte. Cui⁹ cām affert. His eniȝ
determinatis, fineȝ vtiqȝ habebit, quę de aialib⁹ methodus
eſt. ¶ Ex q̄bus pȝ oēs hos libellos, quos parua dicunt: eē p/
Q̄ōnes tes totius libri de aialib⁹. ¶ Circa finē hui⁹ libelli q̄rit̄ p̊:
vtrū idē ſit ſm nām ſanū, ⁊ lōgęuū. 2° vtrū tēperatū cor/
pus magis q̄ȝ diſtēperatū ęgrotatiuis cauſis reſiſtat. 3° q̄ri/
tur ſm quā cōplōnē hō ſit lōgioris vitę. Ultimo q̄rit̄ vtrū
ſint aliqua ſigna in hoīb⁹ a nā inſita: per quę iudicare poſſi/
mus aliquē hoīem eē altero lōgioris vitę. ¶ Quātū ad pri
Utruȝ nā ſanum ſit idē q̄ð lōgeuū: ⁊ lāguorosuȝ idē quod breuis vitę. mā q̄ōneȝ argumētant̄ ꝙ nō: nā Ariles in p̊n° mouēs q̄ōnē,
innuit q̄ſi breuē ſolōneȝ, ⁊ dicit. ꝙ q̄daȝ lāguorosa ſunt bre/
uis vitę, quędā aūt nihil ꝓhibet eē lōgę vitę: per quę dat in/
telligere ꝙ nō ſit idē lāguorosuȝ eē, ⁊ breuis vitę: g̊ nec erit
idē ſanuȝ eē ⁊ lōgę vitę: hoc idem obſeruatio docet, q̄m, vt
narrauit Ariles p̊ rhetoricoꝝ, Herodicus lāguorosus vten/
do bono regimine diu vixit. Multi quoqȝ ęgrotauerunt ſe/
mel in vita, ⁊ fuerūt breuis vitę: cuȝ eni ſemel in vita ęgrota
uerit, fuerūt natura ſani: ⁊ tm̄ breuis vitę extiterūt. ¶ Circa
hāc q̄ōneȝ p̊ declarem⁹ t̄mīos. 2° dilucidabit̄ ſnīa Arilis.

¶ Quātum ad primū dicamus ꝙ Ariſtoteles per ſanū ſm
nām, intelligit corpus, q̄ð pro eo tp̄e, pro quo viuit, raro aut
nūq̄ȝ ex p̊ncipijs gn̄ōnis eſt aptū ęgrotare: hoc corpus Dru
Sanum ſimplr Egrū ſimpliciter. ſianus voluit eē ſimplr ſanū, vt ſemꝑ q̄dē, ſi pro toto tēpo
re pro quo viuit: ex p̊ncipijs gn̄ōnis nūq̄ȝ ſit aptū ęgrotare,
vt multū vō, ſi ex principijs gn̄ōnis, raro ꝑ tp̄e, quo viuit,
ſit aptū ęgrotare, q̄m ſi ex principijs gn̄ōnis raro ſit aptum
ęgrotare, vt multū eſt aptū viuē ſanū. Per lāguorosum vō
corpus, intelligit Ariles corpus q̄ð ꝑ eo tp̄e pro quo viuit, ex
principijs gn̄ōnis eſt aptū ęgrotare, ſemꝑ q̄dē ſi pro oi tē/
pore, pro quo viuit, vt Herodicus, vt multū vō ſi ꝑ maio/
ri pte ſuarū ętatum: q̄ð corpus Druſianus appellat ęgrum
ſimplr. Hęc de expōne terminoꝝ. ¶ Pro dilucidatiōe vō
ſupponēdū eſt, ꝙ nālis ſanitas vel eſt p̊marū q̄litatuȝ tēpe/
ramētū, vel ſequēs h̄ȝ tēperamētū. hoc pȝ 5° phyſicoꝝ. ⁊ 7°.
Tūc dōm ꝙ fieri pōt ex principijs gn̄ōnis, vt aliq̄ð huma/
nuȝ corpus hēat parū de calido ⁊ humido, ⁊ tm̄ humidū ſit
bene ꝓportionatū calido: ⁊ ēt ſicco. Calidū quoqȝ bene pro/
portionatū frigido: ⁊ ſic tale corpus ex p̊ncipijs gn̄ōnis pro
eo tp̄e pro quo viuit, erit nāliter ⁊ ſimplr ſanū, cuȝ pro toto
tēpore ꝑ quo viuit, ſit taliter ꝓportionatuȝ in p̊mis q̄litati/
bus: q̄ð eſt eē ſanū: paucitate vō calidi ⁊ humidi cito morie/
tur: ergo nō eſt idē ſanū ſm nām, ⁊ lōgę vitę eē. Qr vō poſ/
ſit corpus lāguorosuȝ ſm nām eē lōgę vitę, dilucidemus/ ⁊
ſumamus ꝙ corpus pōt duplr ex principijs gn̄ōnis eē lan/
guorosuȝ, aut ꝑꝑ iꝓportionē primarū q̄litatū, ⁊ taliter lā/
guorosuȝ, ſemꝑ eſt breuis vitę, q̄m ex tali improportiōe ex
principijs gn̄ōnis ꝯcta altera q̄litas alterā corrūpit, ⁊ ſic ta
le corpus erit breuis vitę: aut ꝑꝑ multitudinē humoꝝ ſuꝑ/
fluoꝝ ex ſeminib⁹ parētū ꝯctoꝝ, ⁊ tūc pōt fieri vt aliq̄ð cor/
pus in p̊mis q̄litatib⁹ bonā hēat ꝓportionē, ⁊ ſint calidū ⁊
humidū multa, ⁊ bn̄ ꝓportionata: ⁊ tm̄ ex ſemīb⁹ parētū ha/
beat multos humores ſuꝑfluos, qui humores poſtea ſępe
in tp̄ibus vitę hui⁹ putrefiāt, ⁊ ęgrotationeȝ faciāt. Ubi pȝ
talem putrefactionē facere egritudines: nō tm̄ vitę breuita/
tē, imo vitę lōgitudinē, q̄m ꝑ eas expurgat̄ nāle tēperamē/
tuȝ a ſuꝑfluis illis humoris: g̊ ſtat corpus eē ex p̊ncipijs ge/
nerationis lāguorosuȝ, ⁊ vitę lōgę: vt dixit Ariles. hęc de di/
lucidatiōe: ex qua pȝ ſolō ad rōnes. Declaratū eſt eni poſſe
eē corpus nā ſanū, ⁊ tm̄ nō eſſe lōgęuuȝ: ēt corpus poſſe eſſe
nā lāguorosum, ⁊ eē lōgęuuȝ. ¶ Ex q̄bus vlterius pȝ ſanuȝ
ſimplr non dici ex eo: q̄r lōgęuum, ſȝ q̄r ex p̊ncipijs gn̄ōnis
nō eſt aptuȝ ęgrotare ꝑ tp̄e pro quo viuit. Ampli⁹ pȝ natu/
ra lāguorosuȝ poſſe eē lōgę vitę: nec dici lāguorosum nā: q̄a
breuis vitę, ſed q̄a ex p̊ncipijs naturę aptū ꝑ tp̄e, ꝑ quo vi/
uit ęgrotare. Quę forte Druſian⁹ nō itellexit.

¶ 2° p̊ncipalr ꝓponebat̄, vtrū corp⁹ tēꝑatuȝ reſiſtat magis 2° q̄ð vtrū corp⁹ temperatū reſiſtat magis cāis ęgrotatiuis q̄cūqȝ diſtēꝑato.
cauſis ęgrotatiuis q̊cūqȝ corꝑe diſtēꝑato. Et argumētant̄
ꝙ nō/ q̄m corpus lapſuȝ ad calidū magis reſiſtit cauſis ipȝ
trahētibus ad frigidas ęgritudies, q̄ȝ tēperatū, q̄m gradua/
liter plus ab illis diſtat. Druſianus vno mō ꝯcedit id, q̄ð ar
gumētū ꝯcludit, aſſerit eni ꝙ q̄m Galenus dicit corpus tem
peratū magis ęgrotatiuis cauſis reſiſtere q̄ȝ diſtēperatum/
ei⁹ dcm̄ eē indefinitū, q̄m nō oīb⁹ cauſis, ſed plurib⁹, calidū
eni corpus magis reſiſtit cauſis trahentib⁹ ad frigidas ęgri/
tudines tm̄: tēperatū aūt minus quātū ad has, in ceteris vō
magis. ¶ Sȝ hęc poſitio eſt difficilis, q̄m tūc nulla via eēt,
qua corpus tēperatū a diſtēperato diſcerni poſſet: quoniaȝ
vtrūqȝ eēt aptū ęgrotare plerūqȝ: imo fortaſſis tēperatum
magis q̄ȝ q̄ðcūqȝ diſtēperatū: cuȝ habeat multa extrema, in
quę facile labi pōt. Propterea alio mō dicit, ꝙ vltra gra/
dualē mēſurā p̊marū q̄litatū: q̄ ſunt in corꝑe tēperato: vi il/
li⁹ menſurę accidit q̄dā alia q̄litas 2ª, vi cui⁹ tale corp⁹ reſi/
ſtit q̄ſi virtualr oīb⁹ cauſis q̄uis ęgritudie ęgrotatiuis: nam
lȝ tale corpus merito gradualis mēſurę q̄litatū p̊maruȝ nō
magis reſiſteret oīb⁹ cauſis q̄ȝ diſtēperatū: tm̄ merito illius
q̄litatis additę reſiſtit magis oīb⁹ quouis diſtēperato. Quid
vō ſit hęc q̄litas ſuꝑaddita/ nō clare exponit/ tm̄ nūc videt̄
dicere ꝙ ſit cōplō/ q̄ eſt q̄litas 2ª reſultās ex ꝓportiōe pri/
marū: vel addita eidē ſubto mediāte tali ꝓportiōe: quę dici
pōt encraſis, hoc eſt tēperātia. Nūc aūt vr̄ dicere ꝙ illa q̄/
litas ſit ꝓportio q̄litatū p̊marū: q̄ nihil aliud eſt, q̄ȝ p̊mę q̄li/
tates ſic vel ſic debite ꝓportionatę. Sȝ q̄cq̄d ſit, dic ꝙ cor/
pus tēperatū lȝ merito q̄litatū minus reſiſtat aliq̄b⁹ cauſis
ęgrotatiuis aliquo corꝑe diſtēperato: merito tm̄ hui⁹ q̄litatis
additę q̄cūqȝ illa ſit, magis reſiſtit oīb⁹ q̄ȝ q̄ðcūqȝ diſtēpera
tuȝ. Quare ad argm dicerēt ꝙ lȝ tēperatū corpus oīb⁹ cauſis
ęgrotatiuis nō magis reſiſteret quocūqȝ corꝑe diſtēperato
rōne q̄litatis elemētarię/ merito vō q̄litatis cōplōnalis: vel

ꝓportionalis

ꝓportionalis ſimplr magis reſiſtit. Cãm ꝟo affert, qm̄ rõne talis q̄litatis additę cõplexio eſt magis ꝓportionata aię, et ſic ꝑ eã aĩa põt diutius pficere mãm: ⁊ ita hõ tẽperatꝰ ſimpliciter erit cęteris corporibꝰ magis reſiſtẽs cauſis ęgrotatiuis q̄buſcũq;. ¶ Cõtra hanc determinationẽ argumẽtantur iuniores, qm̄ ita corpus tẽperatum vt diſtẽperatum alterat̃ a cauſis alteratiuis, tẽperatuꝫ eniꝫ corpus, ſi exponit̃ ſoli, ita alterat̃ a calore ſolis, ſicut qd̃cũq; etiã corpus diſtẽperatum, ⁊ ita videt̃ ęque paſſiuum, ⁊ ſic nõ magis reſiſtit cauſis ęgrotatiuis. ¶ Propter hãc rõnem corrigũt Druſiani põneꝫ, ⁊ dicũt aliud eẽ reſiſtere cauſis alteratiuis, ne alterent, atq; iprimãt, ⁊ aliud ne lędãt. Dicũt igit̃ vtrũq; corpꝰ recipere impſſiones a talibus cauſis, ⁊ forte aliqd̃ diſtemperatũ minus recipere. Sꝫ hęc eſt differentia, q̄ tẽperatũ minus ab impſſione lędit̃: ⁊ leſuꝫ citius reducit̃, cũ ſit ex generatiõe aptum eſſe ſanũ. Diſtẽperatuꝫ ꝟo ab impſſione magis lędit̃: ⁊ lęſuꝫ minus reducit̃: ⁊ cauſa eſt ea q̄litas, quę eſt tẽperantia, merito eni illius tẽperatuꝫ minus lędit̃: ⁊ lęſuꝫ facilius reducit̃. Hęc eſt Druſianicę põnis correptio. ¶ Sꝫ cõtra hãc põneꝫ obijciunt iuniores, ⁊ accipio duo corpa tẽperata nũc pmo ad tẽperatiam reducta ꝑ artem, quoꝝ alterũ reducat̃ a calido vt octo ꝑ remiſſionẽ verſus mediuꝫ, et cum eſt in extremo tẽperantię ſiſtat: ita vt ſit in extremo calidiori totius latitudinis tẽperantię. Alterũ ꝟo reducatur a frigido vt octo verſus mediũ per remiſſionẽ, ita q̄ cum eſt in extremo frigidiori totius latitudine tẽperantię ſiſtat, ⁊




ſit .a. calidũ in extremo totius latitudinis calidiori tẽperantię, ⁊ .b. frigidum in extremo frigidiori eiuſdem latitudinis. Tũc argumẽtant̃. A. in extremo tali merito q̄litatis additę reſiſtit oibus ęgrotatiuis ęqualr ſicut .b. qm̄ vtrũq; eſt tẽperatũ. Merito ꝟo q̄litatis elementarię reſiſtit magis cauſis trahẽtibus ad frigidas ęgritudines q̄ꝫ .b. qm̄ eſt ab illis gradualiter remotiꝰ. Si reſiſtit magis, ſit iſta reſiſtẽtia maior vt duo vel vt vnũ. Tũc argumẽtor .a. nũc p̊ reſiſtit magis frigidis cauſis q̄ꝫ imediate ante hoc, ſed nunc reſiſtit, vt vnũ, ergo imediate ante hoc reſiſtebat eiſdeꝫ per minus, h̃ eſt per medietateꝫ vnius gradus: ſed imediate añ hoc erat diſtẽperatũ, ⁊ reſiſtebat magis q̄ꝫ .b. eiſdeꝫ reſiſtat, vt pꝫ: g̊ aliqd̃ corpus diſtemperatuꝫ põt reſiſtere magis aliq̄bꝰ cauſis ęgrotatiuis q̄ꝫ tẽperatũ. Aiaduerte q̄ q̄cq̄d ſit de põne, hoc argumẽtũ multiplr peccat, p̊ qm̄ Druſianus loq̄tur de corporibus tẽperatis non per reductionẽ, ſed a nã. Aſſerit eni ipſe q̄ corpus reductũ ad tẽperamentũ non eſt vere tẽperatũ, ſed ſophiſtice, veluti aurũ friſorium: ⁊ ſic caſus eſt impoſſis. 2° peccat, qm̄ aliter eſt loquẽdũ ad imaginationẽ mathematicoꝝ, ⁊ aliter ad imaginationẽ nãlem. Ad imaginationẽ mathematicã nec dat̃ maximũ, nec minimuꝫ: ⁊ ois motus eſt fluxus ꝯtinuus, ⁊ ſucceſſiuus. Et tũc ſm hãc imaginationẽ pcedit argum, ⁊ recte ꝯcludit põneꝫ Druſiani eſſe falſam ad imaginationẽ mathematicoꝝ, qm̄ ſi .a. nũc p̊ tẽperatũ reſiſtit certa latitudie magis q̄ꝫ .b. illis frigidis cauſis, imediate ẽt ante hoc qñ erat diſtẽperatum, magis reſiſtebat, qm̄ latitudo exceſſus nõ erat indiuiſibilis ſm imaginationẽ mathematicã. Et ſic argum ꝯcludit Druſiani põnẽ nõ eſſe verã ſtante imaginatiõe mathematicoꝝ. At ad imaginationẽ nãlem dd̃m eſt, q̄ latitudo .a.b. lꝫ, vt quãta ſit diuiſibilis, vt res nãlis eſt ſimplr indiuiſibilis: ⁊ ita corpa .a. ⁊ b. lꝫ ſint in extremo illiꝰ latitudis quatenus latitudo illa eſt quanta: tñ ſunt gradualiter ęq̄lia, quatenus latitudo illa eſt vnus gradus tẽperãtię in quo vtraq; ſũt ęq̄lia. Uñ hꝯ corpora ſunt gradualr ęq̄lia, qm̄ eodeꝫ gradu tẽperãtię ęqualia: nõ tñ ęqualr indiuiſibiliter, qm̄ lꝫ illa latitudo nõ ſit diuiſibilis ſm nãm, eſt diuiſibilis vt q̄ta ad imaginationem mathematicoꝝ. Tũc dd̃ꝫ, q̄ vtrũq; ęq̄liter gradualiter ad imaginationẽ phyſicã ęque reſiſtit, nõ tñ ęqualr idiuiſibiliter ad imaginationẽ mathematicaꝫ: ⁊ ita imediate ante h̃ a. non reſiſtebat magis: ſꝫ ꝑ vnuꝫ gradũ minus: cũ acq̄ſitio reſiſtẽtię nõ ſit motus ꝯtinuus, ſed ſucceſſiuus q̄ ſit ꝑ minima in gradu: vt dictum eſt alibi: pꝫ igitur hꝯ argumẽtuꝫ eẽ cõmẽtitiuꝫ, cum nãlem Phiaꝫ nõ ſapiat. Iſti eni deſtruentes fundamẽta medicoꝝ ꝑ mathematica inceſſerũt. ¶ Et lꝫ hęc Druſiani poſitio poſſit defendi ab his: nõ tñ eſt ſimplr vera: qm̄ ꝓbauimus q̄ corpus aliqd̃ eſſe põt in p̃mis q̄litatibus ſimplr tẽperatũ, ⁊ tñ eſſe a natura lãguoroſum: qm̄ lꝫ merito ꝓportõis p̃marũ q̄litatũ ſit tẽꝑatũ: merito tñ hũoꝝ ſuꝑfluoꝝ h̃ ſemibꝰ parẽtuꝫ ꝯctoꝝ tale corpus eſt aptũ pro maiori ꝑte tẽpoꝝ cadere in ęgritudines pẽdẽtes ab illis ſuperfluis humoribꝰ. Ergo nõ eſt ſimplr verũ q̄ corpus temperatũ in p̃mis q̄litatibꝰ ſemper reſiſtat magis oibꝰ cauſis ęgrotatiuis q̄ꝫ qd̃cũq; diſtemperatuꝫ. Qd̃ nõ aiaduertẽtes medici, ſimplr errauerũt. Quare ſm Ariſtotelem dd̃m eſt q̄ corpus tẽperatum in p̃mis q̄litatibus, ⁊ mũdum ab humoribꝰ ꝯctis ex ſeminibꝰ parẽtuꝫ, eſt magis reſiſtẽs omnibꝰ cauſis ęgrotatiuis q̄ꝫ aliud qd̃cũq; diſtẽperatuꝫ: qm̄ merito tẽperantię, ⁊ puritatis in nullas ęgritudines eſt aptum cadere.

¶ Iuuenta: primę refrigerabilis particulę auctio. Senecta: eiuſdem decretio. Status, ſiue ętas adulta: quod horum medium eſt.

Iuuēta
Senecta
ſtatus

¶ Iuuentus autē eſt: primę refrigeratiuę particulę augmentatio. Senectus auteꝫ: huius decremētum. Status autē: horum medium.

Cōmētarium

¶ Nunc definit iuuentutem, ſenectutem, ⁊ virilitateꝫ, ⁊ dic̄ ꝙ iuuentus eſt augmētatio primę refrigerabilis particulę. Senectus vō eſt primę refrigerabilis particulę decrementum: ſtatus autē, qui eſt virilitas, eſt horum mediū, hoc eſt nec augmētum, nec decremētuꝫ primę refrigerabilis particulę: ſed inter hęc ęqualitas.

Dubōnes ꝯ definitionem.

¶ Sed cōtra has definitiōes quidā obyciunt, ⁊ p̄mo, q̄a in multis viuētibus nō inuenit̄ prima refrigerabilis particula, ⁊ tn̄ ſeneſcūt, ⁊ iuueneſcūt, vt ſunt ea aīalia, quę ſolo continente refrigerant̄, ⁊ plātę ēt. Pręterea q̄dlibet mēbrum ſeneſcit, vt oculus, ⁊ brachium: quorū nullum habet primā aliquam particulaꝫ refrigerabilem. Amplius ſb̄tuꝫ totale ⁊ adęquatum iuuētutis nō eſt prima refrigerabilis particula: ſed totum aīal: vel totuꝫ viuens, ergo dꝫ definiri per ipſum aīal vel viuens totuꝫ: ⁊ nō per refrigerabilem particulā. Ad hęc ſtat particulam p̄mo refrigerabilem diminui, ⁊ aīal iuueneſcere, vt ſi pulmo ꝓpter ęgritudinē diminueret̄.

p̄ma expō

¶ Propter hęc argumenta dicūt ꝙ Ariles per hęc noluit deſcribere iuuētutem, ⁊ ſenectutem, ⁊ virilitatem, ſed voluit aſſignare effectus iuuētutis, ⁊ ſenectutis, ⁊ virilitatis circa primā refrigerabilē particulā: tunc enī prima refrigerabilis particula iuueneſcit, cum augetur: tūc ſeneſcit, cuꝫ diminuitur: tūc vireſcit, cum cōſiſtit inter hęc.

Defenſio Ariſtotel.

¶ Ego autē defendo Arilem, ⁊ p̄mo accipio, ꝙ virtus nutritiua: per quā anima corpus ſeruat vſq̄ꝫ ad vitę finem: habet tres habitudines ad corpus, p̄ma quidem qua virtus nutritiua pōt augmentare corpus, ꝓpter cauſas aſſignatas libro de gn̄atione. 2a, qua virtus nutritiua eſt nata diminuere ſuū corpus ꝓpter cauſas aſſignatas lib° de generatione. 3a vō, qua notabil'r quo ad experiētiaꝫ noſtrā ſenſatam, nec auget, nec diminuit, ſed facit ip̄m cōſiſtere. Prima habitudo quę eſt iuuētus: eſt ab ortu vſq̄ꝫ ad 30m annū. 2a quę eſt virilitas: eſt 30° anno ad 35m. Ultima habitudo, quę eſt ſenectus, eſt vſq̄ꝫ ad fineꝫ vitę. ¶ Ex his pꝫ quid ſit iuuētus: qm̄ eſt iuuentus augmētatio, hoc eſt habitudo corporis naturalis viuentis: ſm quā virtus nutritiua eſt nata ipſuꝫ augere. Sūpſit eniꝫ augmētationem pro habitudine

Ayuntamiento de Madrid

naturalis corporis viuētis, ſm quā virtus nutritiua eſt nata ipſum augere. Ille enim terminus incōplexus accipitur ab Ariſtotele pro toto iſto complexo: gratia breuitatis. Senectus eſt decremētum, hoc eſt habitudo naturalis corporis viuentis ſm quā virtus nutritiua eſt nata illud corpus diminuē. Uirilitas vero eſt habitudo naturalis corporis viuentis ſm quā virtus nutritiua nec augere, nec diminuere corpus ſenſibiliter eſt apta. Dico ſenſibiliter/ quoniam inſenſibiliter diminuitur, ꝓpter cauſas aſſignatas in libro de generatione: ⁊ in 3° libro de anima. ¶ Sʒ dices cur potius deſcribit has per refrigerabilem particulam. Dōm ꝙ Ariſtoteles per refrigerabilem particulam fortaſſe intelligit cor, quod eſt principaliter refrigerabile. Pulmo eniʒ eſt inſtrumētuʒ refrigerandi, ⁊ quid refrigerabile: at cor per excellentiā refrigerabilis particula dicit̄. Et quoniam principaliter anima ⁊ vita ⁊ ſenſus eſt toti corpori, ⁊ ſinglis partibus ꝓpter cor, deſcripſit per hanc, vt inueret principalitatem: vel forte per refrigeratiuaʒ particulaʒ, pulmoneʒ intellexit, ⁊ definit hęc per illum tāꝗ̄ per principale inſtrumētum e quo pendent omnia hęc. Hactenus de his.

❡ Obitus atqʒ corruptio: violenta qdeʒ, caloris extinctio aut marcor (his eni vtriſqʒ de cauſis: calor extingui poteſt)

❡ Mors autem ⁊ corruptio: violenta quideʒ, calidi extinctio ⁊ marcor (corrumpetur enim vtriqʒ: propter ambas has cauſas)

Cōmentariuʒ ❡ Nunc definit mortē ⁊ ꝑmo violentaʒ/ ⁊ dicit. Mors aūt ⁊ corruptio, violēta quideʒ eſt extictio calidi, ⁊ marcor. Dico ⁊ marcor, quoniam in violenta morte vtraqʒ cauſa concurrit, extinguitur eniʒ a cōtrario formaliter, vel corruptiuo: ⁊ cōſumendo humiduʒ corrumpit ſeipſum. vnde dicit. Corrūpetur eniʒ vtriqʒ calidum vitale in violenta morte ꝓpter ambas has cauſas. ſ. a ꝯ̄trario: ⁊ per ꝯſumptionē humidi.

❡ Naturalis vero, eiuſdeʒ marcor ob temporis tranſacti longitudinem proueniens. verum in plantis, ariditas: in animalibus, mors nuncupari ſolet. Ceteruʒ ea quę in ſenili ętate obuenit: marcor partis illius eſt, qui ꝙ eam refrigerare aial prę ſenio non poſſit, cōmittit̄. Quid ſit ortus, ⁊ quid vita, ⁊ quid mors, ⁊ quas ob res animantibus iuncta ſint: dictum eſt.

❡ Quę autem ſm naturam, eiuſdem hui⁹ marceſactio propter temporis longitudineʒ facta ⁊ perfectionem. plantis igitur, auanſis: in aialibus autem, vocatur mors. Huius auteʒ, quę quidem in ſenectute mors: marcedo particulę propter impotētiam refrigerandi, a ſenectute. Quid igitur eſt gn̄atio, ⁊ vita, ⁊ mors, ⁊ ꝓpter quas cauſas exiſtūt animalibus: dictuʒ eſt.

Cōmentariuʒ ❡ Nunc definit naturalem mortem, ⁊ dicit. Mors autem quę ſm naturam eſt, eſt eiuſdem vitalis calidi marceſacio facta ꝓpter temporis longitudinem, ⁊ propter perfectiōeʒ/ hoc eſt vltimatam conſumptionem humidi: quę quideʒ in plantis vocat̄ auanſis, hoc eſt exiccatio ſubito facta: in animalibus auteʒ vocatur mors. ¶ Quo vero ad verba attinet, verbū igitur/ pro ſed ſumpſit, vt patet conſideranti. Et exponit cauſam mortis naturalis totiens expoſitę/ ⁊ dic̄. Huius autem. ſ. mortis naturalis: quę quidem in animalib⁹ dicitur mors, eſt marcedo particulę refrigerabilis ꝓpter impotentiam refrigerandi proficiſcentem a ſenectute. Demū epilogat, ⁊ dicit. Quid igit̄ eſt generatio/ ⁊ vita/ ⁊ mors, ⁊ ꝓpter quas cauſas exiſtūt aialibus, dictum eſt.

❡ Patet etiam ex hiſce: ⁊ qua de cauſa animalibus quę ſpirant, in humore pręfocari contingat, piſcibus in aere. hi eniʒ, aqua: illa, aere refrigerari ſolēt. qbus vtraqʒ deſtituuntur: mutatis ſedibus.

❡ Palam aūt ex his: ⁊ propter quā cām reſpirantibus quidem animalium ſuffocari accidit in humido, piſcibus autem in aere. his enim, ꝑ aquā refrigeratio fit: his autē, per aerem, qbus vtraqʒ priuantur: permutantia loca.

❡ Recolligit, quę ex dictis declarata relinquūtur, ⁊ primo quare in aere ſuffocantur piſces, ⁊ in aqua reſpirātia: ⁊ hoc contra Anaxagoram ⁊ Diogenem apollinateʒ, ⁊ dicit. Palam autem ex his, ⁊ ꝓpter quaʒ cauſam reſpirantib⁹ quidē animalium ſuffocari accidit in humido: piſcibus autem in aere, reddit cauſaʒ ⁊ dicit, quoniaʒ his. ſ. piſcibus per aquā refrigeratio fit: his vero/ per aerem: ⁊ quoniā vtriſqʒ permutantur loca: ideo vtraqʒ ſuffocantur. Hoc eſt primuʒ contra Anaxagoram ⁊ Diogenem. Cōmentariuʒ

❡ Cauſa itaqʒ cur hi branchias, illa pulmoneʒ moueant, quibus aſſurgentibus ⁊ reſidentib⁹ illa inſpirant ⁊ expirant, hi humorem accipiūt redduntqʒ, ⁊ inſuꝑ inſtrumēti conſtitutio: ad hunc ſeſe habet modum.

❡ Cauſa itaqʒ motus his quidem branchiarū, his autem pulmonis, quibus eleuatis ⁊ depoſitis, hęc quidem expirant ⁊ inſpirant, hęc aūt ſuſcipiunt humidum ⁊ emittunt, adhuc auteʒ conſiſtentia organi: hoc ſe habet modo.

❡ Scōm qd̄ ex dictis recolligitur, eſt ꝙ cauſa motus his quidem. ſ. piſcibus branchiarum: his. ſ. reſpirātibus pulmonis ita, ⁊ hoc modo ſe habet, vt his eleuatis, ⁊ depoſitis/ hęc quidem expirent ⁊ inſpirent. ſ. campeſtria: hęc autem. ſ. piſces ſuſcipiant humidum ⁊ emittant. Adhuc autem cauſa vt organi conſtitutio ſic ſit in piſcibus: ⁊ illo modo in campeſtribus, hoc modo ſe habʒ. vnde verba ſic lege. Cauſa itaqʒ motus branchiarum quidem in his. ſ. piſcibus: pulmonis autē in his. ſ. campeſtribus, quibus eleuatis ⁊ depoſitis, hęc quidem expirant, ⁊ inſpirant. ſ. campeſtria, hęc autē ſuſcipiunt humiduʒ emittunt. ſ. piſces, hoc ſe habet modo. Adhuc aūt conſtitutio organi. ſ. branchiaruʒ in piſcibus: ⁊ pulmonis in campeſtribus, hoc ſe habet modo. hęc ergo tria colligūtur ex dictis. ¶ Sed quęritur vtruʒ vita poſſit perpetuari. Uidetur ꝙ ſic, quoniaʒ ꝓpter quid per continuam alimēti appoſitionem non poteſt vita perpetuari: videmus eni igneʒ perpetuari, ⁊ lac in regione aeris per cōtinuam appoſitionem combuſtibilis, lac vero per continuam appoſitionē hypeccaumatis, vt dicit Ariſtoteles ꝑmo metheoroꝝ: ergo vita poteſt perpetuari per continuā alimenti appoſitionē. ¶ Quidam dixerunt, ꝙ animal per ſe fieri poſſet perpetuuʒ, per accidens autem non fit: primū ꝓbant, ſi animal accipet alimentum conuenientiſſimuʒ, qd̄ quidem nec in quanto/ nec in quali, nec in tempore, aliquo modo eſſet improportionatuʒ. Amplius ⁊ ſi in alijs rebus non naturalibus eſſet bene menſuratum: ſtante eniʒ mēſura omnium horuʒ, dicūt animal per ſe poſſe perpetuari. Per accidēs vero nulluʒ perpetuatur: quoniā nullum eſt in omnibus cōmēſuratū: aut va

Ayuntamiento de Madrid

rietate temporum,aut locorum,aut cibi ⁊ potus,aut varie-
tate horę cibandi:aut alijs id genus.Ergo per ſe quidez vi-
ta eſt ꝑpetuabilis,per accidens ꝟo,nullum viuens perpe-
tuatᷣ.¶ Qui vellet defendere hanc poſitionē poſſet,nec vi-
deo aliqđ argumentum:quo hęc opinio refelli poſſet. Ue-
rum arbitror per potentiaz naturalem nullum viuens, qđ
participat anima nutritiua in calido,poſſe fieri perpetuuz
nec per ſe,nec per accidens.Unde Ari^les vbiq; ait reliquo
modo compleuit deus perpetuitatem dando generationē,
vt patet ij° de aia.Si eniz natura poſſet perpetuare viuēs
2° de aia com.34. alio modo q̄ per gñonem,fruſtra dediſſet generationem,
vt Auerroes addit.¶ Philoponus igitur pᷓmo libro de ge-
Philoponi pō neratione neceſſitatez mortis venatur ex conſumptiōe hu-
midi radicalis.Imaginatᷣ enim duplex humidum radica-
le/⁊ nutrimentale,radicale quidem qđ ex principijs gene-
rationis cōtrahitur,nutrimentale ꝟo,quod ex nutrimento
acquiritur:vt ſanguis generatus per digeſtionem.Natura-
le calidum in radicali humido naturaliter conſeruatᷣ : quo-
niam in eo eſt genitum.In nutrimentali autem,non poteſt
conſeruari:quoniā cuz eo non eſt genituz,⁊ ideo dicitᷣ ſbie-
ctuz extraneum.Tūc dicit,ꝙ calidum vitale tādiu ſeruatᷣ,
q̄zdiu durat humidum radicale,quoniaz radicale humidū
eſt naturale ſbtuz calidi,⁊ quoniaz cuz eo eſt genituz:⁊ qm̄
in illo eſt ſolum aptum ſeruari.Cuz igitur tale humidū to-
tum vel pro maiore ſui'parte eſt conſumptuz: ſequitur ne-
ceſſario expiratio calidi naturalis,⁊ mors quę dicitur mar-
cor,⁊ ſic lz ſuccedat nutrimentale humiduz:non conſeruatᷣ
in illo calidū vitale:quoniaz eſt ſbtuz extraneuz illi⁹.Cau-
ſa autem quare non cito tale humiduz conſumitur,eſt/qm̄
aduenit humiduz nutrimentale,per quod diuertitur cal'm
a'conſumptione ſui humidi ꝓprij:⁊ conuertitur ad humi-
duz nutrimentale exiccando ipſum,⁊ ſic diuertitur:⁊ pro-
Dubōnes ꝯ pōnem Philoponi. pter hoc vita ꝓlongatur.¶ Cōtra hunc moduz ego valde
dubitaui ſemꝑ:pᷓmo quidem:quoniam humidum radicale
non poteſt eſſe maius cōgregato ex ſemine matris ⁊ p̄ris,
ſed iſtud eſt adeo paucum:qđ non poſſet diu reſiſtere tan-
to calido requiſito ad vitaz:quin in breui cōſumeretᷣ.Prę-
terea humiduz ſpermaticuz,⁊ humidum cibale ſunt eiuſdē
rationis,quoniā ſperma eſt ſuperfluitas alimenti.Sed hu-
midum cibale non eſt cōueniens ⁊ naturale fundamentuz
calidi per Philoponuz:ergo nec humidum ſpermaticuz:⁊
ſi humiduz ſpermaticum eſt cōueniens,ergo ⁊ humidum
cibale:quare appoſito ſemper humido cibali fiet vita per-
petua:quoniā ſemper ſuccedit illius naturale ſubtuz.Prę-
terea puer in vtero formatur ⁊ nutritur ex ſanguie matris,
ſed ſanguis matris nec eſt purior neq; melior neq; vitalior,
q̄z ſanguis ex quo mater nutritur:igitᷣ ſi ſanguis ex quo ma
ter nutritur non eſt cōueniens ⁊ naturale pabulum calido
matris,nec ſanguis matris poteſt eſſe naturale pabuluz ca
lido pueri:⁊ ſi eſt conueniens calido pueri:ergo proprio ca
lido,⁊ ſic illo ſemper appoſito,vita matris,poteſt ꝑpetua-
ri:ſemꝑ.n.ſuccedit ſbtū naturale.¶ Propter hęc argumē-
Pōpꝑa. ta ego ſemper in poſitione Philoponi fui ambiguus.Pro-
pterea dicamus ꝙ duplex eſt humidum ſm̄ Ariſtotelē,ſo-
lidum,⁊ fluiduz.Fluidum quidez ſanguis eſt. Solidū ꝟo,
eſt ipſa membra.In humido quidem ſolido,vt in ſbto ani
ma reſidet:⁊ vita:fluidum autē humiduz lz non ſit anima-
De necītate mortis. tum,tamen ſine ipſo non ſtat vita.¶ Quidam ergo neceſſi-
tatem mortis ex duobus nacti ſunt:⁊ ex parte humidi ſoli-
di:⁊ parte humidi fluidi.Ex parte ſolidi quidem, quoniaz
de ſolido humido,continuo reſoluitur aliquid,ꝓpterea ad
illius reſtaurationem requiritur ſanguis:qui eſt humidum
fluidum:hic eniz in membra ꝯuertitur,⁊ conſolidatᷣ. Ima-
ginātur ergo in reſolutione humidi ſolidi,euaporare quod
ſubtile eſt,qđ ꝟo craſſum ⁊ terreſtre eſt,remanere,⁊ ꝓpter
hoc continuo membra dureſcunt,⁊ fiunt terreſtria ⁊ ſicca,⁊
ita minus apta ſaluare calorem naturalē.vnde fit,vt in h⁹
exiccatione ſenectus conſiſtat,⁊ tādez mors.Patet ergo ex
parte humidi ſolidi non poſſe vitam perpetuari.¶ Sed di
ces ꝓpter quid durificatio non poteſt tolli per inſtauratio-
nem/quę fit appoſitione ⁊ cōuerſione humidi fluidi in mē-
bra.Reſpōdetur:quoniaz ſemel corruptum non poteſt re-
dire,terreſtrificatio eniz membri corruptio eſt,vt Ariſto^les
dixit:ideo per inſtaurationez non poteſt redire:quin ſemꝑ
membruz remaneat terreſtrius q̄z prius erat.Ex parte ꝟo
humidi fluidi:quod eſt ſanguis,venātur neceſſitatem mor-
tis,⁊ ſupponunt,ꝙ humidum ſolidum non ſufficit ſaluare
vitam niſi ſit humiduz fluiduz:humiduz eniz fluit neceſſa-
rium eſt pᷓmo,vt ex ipſo inſtauretur ſolidum humidum,et
ſic ſi fluiduz humidum nō eſſet,ſolidum tādez deſiccaretᷣ.
Secūdo vt cōuertatur eius ſubtile in ſpiritus:qui ſeruiunt
operationib⁹ vitę:niſi eniz ſubtile humidi fluidi in ſpiritus
cōtinuo conuerteretur:epar ⁊ ſtomachus,⁊ os non poſſent
digerere:digerūt eniz calido delato per ſpiritus:nec mem-
bra poſſent cōuertere nutrimētum in eorum ſubam:ğ hu-
midum fluiduz eſt vitę neceſſariū.Tunc dicunt,ꝙ q̄ mē-
bra nutritiua cōtinuo durificantur,⁊ exiccātur:fluiduz hu-
midum nō poſſunt bene digerere:⁊ ſic ꝯtinuo generatᷣ cru-
dus,⁊ aquoſus:ita,vt tādem fiat ineptus generationi ſpiri-
tuum:cum autez eſt ineptus generationi ſpiritus tūc mors
eſt,quare ex hoc duplici humido neceſſitatez mortis attu-
lerūt.¶ Alij addiderunt tertiā cauſam ex parte cordis:cor
eniz continuo fit durius ac terreſtrius,⁊ ſic continuo fit in-
eptum ad generationem bonorum ſpirituū,⁊ ineptum ad
mouenduz illos ad mēbra:⁊ ſic ſpiritus remanētes in cor-
de paucaz humiditatez cordis cito conſumunt,quę ibi exi-
ſtēs erat apta conuerti in ſpiritus,⁊ ſic totum exhalat,⁊ fit
marcor.Hę ſunt cauſę neceſſitatis mortꝫ aſſignatę a iunio-
ribus.¶ Ueruz iſtę cauſę lz ſint neceſſarię,⁊ mortē neceſſa- Quales cauſę iſtę ſint.
riaz inferāt,non ſunt cauſę pᷓmę ⁊ proprię.pēdent enim ex
alia cauſa.Ari^les ergo ꝓprias ⁊ primaz cauſaz aſſignauit ex
parte pulmonis.Imaginatᷣ eniz pulmonez cōtinuo durifi-
cari ⁊ terreſtrificari:quatenus ab ipſo continuo ſubtile re-
ſoluitur,⁊ terreſtre,⁊ craſſuz humidū remanet,cuz igitᷣ fue
rit durificatus ac terreſtrificatus,vt oīno reddatur motui
ineptus:virtus etiaz motiua ob reſolutionez ⁊ infrigidatio-
nem ſpirituū,ſit effecta debilis ad mouenduz,tunc pulmo
ceſſat a motu:⁊ ſic illud paululum calidi,qđ in corde ⁊ pul-
mone remāſit,non refrigeratum totum humidū conſumit,
⁊ mors accidit:naz lz caliduz cordis ſit exiguuz,tamen non
eſt ita exiguuz:quin ꝓportionez maioris inęqualitatis ſem-
per habeat ad ſuū humiduz:⁊ ſic ceſſante refrigeratione,q̄
fiebat per pulmonez,mors ſeqtur.Hanc cauſam puto pro-
priaz,⁊ adęquataz:vt patet per Ariſtotelē hic.Cauſę ꝟo aſ-
ſignatę ab illis,nō ſunt primę:quoniā pendent ab hac.Qua
ratione fit,vt cor ſit cauſa mortis ⁊ vitę pᷓncipalis via excel
lētię,pulmo ꝟo principalis:via neceſſitatis.

¶ Porro quę cordi accidere ſolent,ea tria ſūt:
quę eandem habere naturam videntur, q̄zuis
eandem non habeant,vz,palpitatio,pulſus,re-
ſpiratio.

¶ Tria autez ſunt accidentia circa cor:quę vi-
dentur eandem naturam habere,habent autez
non eādē,ſaltus, ⁊ pulſus,⁊ qđ reſpiratiōis.

¶ Hactenus multa dixit de morte,⁊ vita,⁊ iuuētute ⁊ ſene- Cōmētarium
ctute,generatione,⁊ corruptiōe vt pēdent ab ipſo pulmo-
ne:nūc de corde/⁊ eius ꝓprijs affectionibus,e q̄bus poteſt
pendere mors,⁊ vita:vnde videtᷣ oſtēdere quō mors,⁊ vi-

Ayuntamiento de Madrid

ta poſſunt pendere non tm̄ a pulmone/ſed etiam a coꝛde, ⁊ ꝓpterea introducit de accidentibus coꝛdis:⁊ pꝛimo ꝓponit illa,⁊ dicit. Tria autem ſunt accidentia circa coꝛ,quę coꝛdi accidunt,quę videntur eandem naturam habere,habent autem non eādem:⁊ ſunt ſaltus,ſeu palpitatio,pulſus:⁊ id quod eſt reſpirationis,id eſt reſpiratio ipſa.¶ Quo vero ad verba attinet,Ariſtoteles dixit tria eſſe accidētia:quę videntur habere eādem naturam,quatenus omnia ſunt in genere motus:omnia enim eleuatio ⁊ depꝛſſio ſunt:⁊ ſic quo in genē motus conueniunt,vidētur habere eandem naturam,quo vero differunt ſpecie motus:reuera eādem naturam ſimpliciter non habent. Differunt enim ſpecie,quoniam palpitatio ſiue ſaltus eſt motus pꝛęternaturalis coꝛdi,vt dicemus. Cęteri ſunt naturales. Amplius reſpiratio,⁊ pulſus licet ſint motus naturales,pꝛoficiſcuntur a diuerſis cauſis,vt dicemus. Dixit autem tria eſſe accidentia coꝛdis,quę vidētur habere eandem naturam:quoniam accidentia coꝛdis,ſimpliciter loquēdo,plura ſūt,lipopſychia,ſyncopis,⁊ lipoptimia,⁊ alię plures paſſiones pternaturales coꝛdi accidūt:quę quia non videntur habere eādem naturam cum pulſu,⁊ reſpiratione,non enumerātur. De palpitatione enim dicit quatenus videtur habere eandem naturam cum pulſu,⁊ reſpiratione,licet reuera non habeat. Cętera ergo accidentia pternaturalia ptermiſit,quoniam cum illis naturalibus conuenientiam non habent.

¶ Palpitatio igitur:eſt caloꝛis in coꝛde exiſtētis compulſio,ob refrigerationem quę a materia excreſcente atque inutili,aut alio quopiam tabifico ꝓueniat,vt in eo moꝛbo accidit quē tremoꝛem vocant,⁊ alijs,⁊ metu.

¶ Saltus igitur:eſt cōſtrictio calidi quod in ipo,ꝓpter refrigerationem ſuperfluificam,aut cōtabeſcitiuam,vt in infirmitate quę vocatur palmus,⁊ in alijs infirmitatibus,⁊ timoꝛibus.

Cōmentarius

¶ Propoſitis accidentibus,nunc exequitur exponendo illa:⁊ pꝛimo declarat ſaltum,quam etiam palpitationem vocant,gręce autem dicitur πήδησις/pedeſis/definit autem ſaltum,⁊ vult quod ſaltus ſit cōpulſio eius calidi/quod eſt in coꝛde ꝓpter ſuperfluam infrigidationem illius pendentē ab aliqua cauſa pternaturaliter infrigidāte.¶ Quo vero ad definitionem attinet,illud ſupponendum eſt contrarium vniri ac fieri foꝛtius ex circūſtantia ſui contrarij:quam gręci antiperiſtaſim vocant,vt ſępius diximus. Amplius omne contrarium cum vnitum eſt,ac foꝛtificatum in eius contrariū repellendum nititur,veluti exhalatio intra nubes contenta,cum per antiperiſtaſim foꝛtificata fuerit,in frigidum nubis nitens,ipſam ſcindit.¶ Ex his patet vn̄ ſaltus ac coꝛdis palpitatio fit. Cum enim calidum coꝛdis a frigido multo pternaturaliter occurrente in ipſo coꝛde in minoꝛem locum compellitur,nititur in illud,⁊ ſic calidum ⁊ coꝛ ſaltat:veluti exhalatio contra nubem. Ex his ſequitur,quid ſit foꝛmaliter ſaltus,eſt enim eleuatio coꝛdis,cauſa imediata eſt cōſtrictio calidi:calidum enim conſtrictum ſe innitens in frigidum,ſaltat,⁊ ſic coꝛ inſequens calidum,ſaltat. Cauſa per accidens ⁊ remota eſt frigidum pternaturaliter occurrēs,ab aliquo pternaturaliter occurrente,⁊ delegato ad coꝛ:vt cum a timoꝛe,in quo a ſuperioꝛibus frigidum deſcēdit,aut a tremoꝛe,quem palmum appellant:aut ab alijs moꝛbis frigidū ad coꝛ mittitur. Quare definitio cauſalis hęc eſt,quā Ariſtoteles aſſignauit:eſt enim ſaltus compulſio calidi:quod eſt in coꝛde:facta a frigido pternaturaliter occurrente. Definitio vero foꝛmalis eſt,ſaltus eſt eleuatio coꝛdis,definitio compoſita ex foꝛmali ⁊ cauſali eſt,ſaltus eſt eleuatio coꝛdis facta a calido conſtricto a frigido pternaturaliter occurrente. vn̄ dicit. Saltus igitur eſt conſtrictio calidi,quod in ipſo coꝛde eſt facta,ꝓpter refrigerationem ſuperfluificam ac excedentē,aut contabeſcitiuam/hoc eſt moꝛtificatiuam calidi,vt accidit in ea infirmitate,quę vocatur palmus,hoc eſt tremoꝛ,⁊ in alijs infirmitatibus,vt in febꝛibus venenoſis petentibus coꝛ,⁊ in timoꝛibus.

¶ Etenim metuentibus:partes ſuperioꝛes refrigerantur. Caloꝛ autem defugiens ſeque contrahens:motum facit,vbi in anguſtū adeo cōpellitur vt animantes interdum pꝛę metu,aut moꝛbo extinguantur.

¶ Etenim timentes:infrigidātur ſecundum ſuperioꝛa. Calidum autem fugiens ⁊ contractum:facit ſaltum,in paruū conſtrictum ita vt aliquādo extinguantur animalia ⁊ moꝛiantur ꝓpter timoꝛem,⁊ ꝓpter paſſionē ęgritudinalem.

Cōmentarius

¶ Quia poſſet alicui videri,quod timoꝛ non ſit cauſa cōſtrictionis calidi in coꝛde,ideo declarat iſtud,⁊ dicit. Etenim timētes infrigidantur ſecundum ſuperioꝛa,calidum autem fugiens frigidum quod deſcendit a ſuperioꝛibus ad coꝛ,contrahitur,cōtractum autem ac in paruum conſtrictum nititur contra frigidum,⁊ ſaltat:dico ob timoꝛem calidum in paruum cōſtringi adeo/vt aliquando extinguantur animalia aucto calo obtinente vſque ad coꝛ:⁊ moꝛiantur ꝓpter timoꝛem,⁊ ꝓpter paſſionem ęgritudinalem quaſi eodem modo.¶ Quo aūt ad rationem attinet,animaduerte vt Themiſtius inquit libello de memoꝛia ⁊ reminiſcentia:quod in timoꝛe infrigidantur ſuperioꝛa:quoniam coꝛ patitur,modo ad paſſionē coꝛdis ſpiritus,qui erant ſurſum/accedunt ad coꝛ,vt illi auxilientur:⁊ ſic frigidum multiplicatur in ſuperioꝛibus:⁊ calidum contrahitur in coꝛde. Hinc patet,cur in timoꝛibus homines egerunt,⁊ mingunt,⁊ rigoꝛem patiuntur,quoniam calidum deſcendit,⁊ infrigidat exterioꝛa:⁊ deſcendendo compꝛimit,et facit egerere,⁊ mingere.¶ Utrū vero palpitatio coꝛdis fieri poſſit a calido pternaturaliter occurrenti calo naturali coꝛdis,pulchꝛa quęſtio eſt.¶ Dicūt enim medici aliquādo a minera febꝛis peſtilentis eleuari vapoꝛes calidos venenoſos coꝛdi hoſtiles,e quibus calidum coꝛdis refugit,⁊ cōtrahitur,⁊ ſic contractum inititur contra illos,⁊ facit coꝛdis ſaltum. Uerum de his ad medicos. per hęc patet cur in timoꝛibus coꝛ palpitat,⁊ in foꝛti amoꝛe. In omni enim paſſione,in qua coꝛ valde patitur:ſuperioꝛa infrigidantur:⁊ ſic calidum in paruum locum cōtractū ab illo frigido,facit ſaltum.

An ſaltus fieri poſſit a calo pternālr occurrēte

¶ At pulſatio quam coꝛ perpetuo facere videtur: ei motioni perſimilis eſt,quam tubercula cum doloꝛe efficiunt,quod ſanguini mutatio ipſa pꝛęter naturam ſit. ea vero fit:vſque dum ſanguis cōcoctus ſit,⁊ in pus conuerſus.

¶ Accidens autem pulſatio coꝛdis,quam ſemper videtur faciens continue:ſimilis naſcētijs eſt,quę faciunt motum cum doloꝛe,ꝓpterea quod pꝛęter naturam eſt ſanguini permutatio. fit aūt: vſquequo vtique ſanies fiat digeſtus.

Cōmentarius

¶ Cum dixit de ſaltu,⁊ palpitatione,nūc dicit de pulſu coꝛdis,quę ⁊ pulſio dicitur:per quam non ſolum coꝛ mouetur:ſed arterię,vt dicemus. Et pꝛimo oſtendit,quibus pulſatio ſimilis ſit,⁊ vult quod pulſatio coꝛdis ſit ſimilis pulſationi apoſtematis,⁊ etiam bullitioni. Et hoc ꝓponit,⁊ dicit. Pulſatio aūt,

Ayuntamiento de Madrid

quę accidit coꝛdi, quam ſemper videtur faciens continue vſqꝫ ad vitę finem (ceſſatio enim ab hac moꝛs eſt) hęc in quã pulſatio ſimilis eſt naſcentijs, quę faciunt motum cuꝫ doloꝛe, hoc eſt, eſt ſimilis pulſationi apoſtematum, qui motus pulſatiuus eſt cum doloꝛe: lꝫ hic ſit p̄ternaturalis, motus ꝟo coꝛdis naturalis. Et ꝙ ſit iſte mot⁹ in naſcētijs, ⁊ p̄ternaturalis, declarat dicēs. Propterea ꝙ ſanguini ineſt ꝑmutatio p̄ternaturam a calido ebulliente: nec ſemꝑ ſit motus iſte ſanguinis, ſed vſquequo ſanies ſit digeſtus, hoc eſt vſquequo ſanguis, qui erit ſanies, erit digeſtus, ⁊ coct⁹, ceſſat enim cuꝫ erit coctus, ſtatiꝫ, ⁊ erumpitur a natura, ⁊ exit: aut induratur: vt docēt medici. ¶ Quo ꝟo ad ꝟba attinet,

De apate animaduerte (vt medici dicũt) Apoſtema eſt tumoꝛ alicuius ꝑticulę coꝛpoꝛis p̄ternaturalis, cauſatus ab humoꝛe relegato ad illam particulam, aut ꝓpter doloꝛem trahenteꝫ, aut a membꝛo potentioꝛi illum mãdãte ad illaꝫ particulã, aut ex ſuperfluitate multa in toto deſcendente ad illã particulam tãqꝫ ad debilioꝛem: aut a contuſione ⁊ ibi detētus propter oppilationem. Dico tumoꝛ p̄ternaturalis, quoniaꝫ cicero in noſtro nare a natura oꝛtus (vt videtis) nõ eſt apoſtema: quoniam lꝫ ſit tumoꝛ accidens particulę mei coꝛpoꝛis, non eſt p̄ternaturalis. Dico ab humoꝛe relegato ad illã particulam, quoniam tumoꝛ cauſatus a ventoſitate, nõ eſt apoſtema apud Phõs, lꝫ medici velint eſſe apoſtemã ventoſum vt tympanidem, ⁊ vndimiam, ⁊ id genus. Eſt auteꝫ humoꝛ in particula relegatus, ⁊ conſtrictus materialis cauſa apoſtematis: humoꝛ ꝟo ex quot cauſis ad locum venire poſſit, ſuperfluum eſt enarrare, ſatis nunc ſit dicere quaſdam, vt propter doloꝛem loci. Eſt enim doloꝛ cauſa attractionis, aut propter membꝛum aliquod potens, quod ſuuꝫ ſuperfluum mittit ad debile, aut propter multitudinem in toto, ⁊ a toto permutatur ad particulam veluti ad debilioꝛem, vt ſit in criſibus permutationis, vel ꝗa cętera mēbꝛa potentioꝛa ſunt, ideo humoꝛ ad illam relegatur vt ad debilioꝛem: aut ꝓpter cõtuſionem, vt patet. Hęc pauca de apoſtemate.

De pulſa/tiõe apat. ¶ De pulſatione ꝟo apoſtematũ, dicamus: ꝙ cũ ille humoꝛ in loco eſt congregatus a caloꝛe naturali membꝛi ⁊ totius coꝛpoꝛis, digeritur, ac decoquitur, eſt enim pꝛimo crudus, calidum ergo naturale agit in illum humoꝛem digerendo, ⁊ in ſpirituoſum conuertendo: illud autem ſpirituoſuꝫ ampliando ſe ad exterioꝛa: ebulliēdo pulſat, ⁊ cõtrahendo ſe, compꝛimitur, ⁊ ſic conſtringitur: ⁊ dilatatur.

De doloꝛ ¶ De doloꝛe ꝟo dicamus: ꝙ doloꝛ ſit pꝛęter motum ſanguinis p̄ternaturam: ſanguis enim ſic motus ſoluit ꝯtinuũ, ⁊ facit triſtem ſenſationem, etiam ſui acuitate. Cuius ſignũ eſt, quoniam in cholericis apoſtematib⁹ doloꝛ eſt maioꝛ ꝓpter punctionem. Ex quo ſequitur, ꝙ doloꝛ durat vſqꝫ ad completam digeſtionem: nam digeſtione facta: ceſſat motus ſanguinis, ⁊ ſolutio continui, ⁊ pũctio: ⁊ ſit aliquãdo eruptio, vel induratio ſaniei: vt dicunt chirugi. Uerum de ceſſatione, dicemus ſtatim.

¶ Hęc etiam affectio: feruoꝛi ſimilis eſt. ſit enĩ feruoꝛ: cum humoꝛ caloꝛis opera inflatur. naꝫ humoꝛ propterea ſeſe attollit: ꝙ in molem aſſurgat amplioꝛem.

¶ Eſt autem ſimilis bullitioni: hęc paſſio. bullitio eniꝫ ſit: ſpirituoſo facto humido a calido. eleuatᷓ enĩ: ꝓpterea ꝙ amplioꝛ ſit moles.

Cõmentariũ ¶ Hic ponit ſecũdam ſimilitudinem, inter pulſum coꝛdis, ⁊ ebullitionem aquę in olla, ⁊ dicit. Eſt autem ſimilis bullitioni hęc paſſio coꝛdis. ſ. pulſatio: quoniam ſicut in bullitione id, quod ebullit: dilatatur, ⁊ cõſtringitur, ſic coꝛ in pulſatione eleuatur, ⁊ depꝛimitur: vnde ꝟo ebullitio ſit, exponit, ⁊ dicit. Bullitio enim ſit humido, quod ebullit, ab ipſo calido ſpirituoſo facto: ꝓpterea ꝙ moles humidi qđ ebullit, ſit amplioꝛ. Cum enim calidum agit in humiduꝫ, reſoluit ipſum in ſpiritum, qui appetens maioꝛem locuꝫ moueᵗ ad exterius: ⁊ ſic ebullitio ſit, ⁊ quoniam ampliatur humidum, intrat aer, ⁊ refrigerat, ⁊ ſic compellitur, ⁊ in minoꝛeꝫ locum contrahiᵗ. Hęc de ſimilitudinibus.

¶ Ceteruꝫ quies in tuberculis agitur: ſi putrefactio non perſpiret, humoꝛe craſſiuſculo reddito. feruoꝛ ꝟo reſidet: ſi per labꝛa vaſculi humoꝛ excidat.

¶ Pauſatio autem in naſcentijs quidem: ſi nõ perſpirauerit, ſpiſſioꝛe facto humido, putrefactio. bullitioni aũt: excidētia per hoꝛiꝫõtes.

¶ Hic declarat pulſationē in naſcentijs ceſſare ꝓpter duas cauſas. pᷓmo inſenſibiliter cum ſubtiliatuꝫ ſpirat per poꝛos cutis. 2° cum digeſto humido ſit putrefactio, ⁊ ſanies, ⁊ ħ inquit. Pulſatio autem in naſcentijs quidem, ſi non perſpirauerit per poꝛos cutis iſenſibiliter, ſpiſſioꝛi facto humido, putrefactio ſit ⁊ ſanies, ⁊ ſic ceſſat. Ea ꝟo excedentia, ac ſaltus ebullitionis per hoꝛiçõtes, hoc eſt per labꝛa vaſculi ceſſat, quoniam cuꝫ peruenit ad illa, aere ſubintrante: refrigeratur, ⁊ ceſſat. Cõmentarium

¶ In ipſo autem coꝛde tumefactio humoꝛis ꝙ ſemper e cibo accedit, vltimam coꝛdis tunicaꝫ eleuantis: pulſum facit.

¶ In coꝛde autem ſemper accedentis humidi ex alimento per caliditatē tumefactio, facit pulſum, eleuantis vltimam tunicam coꝛdis.

¶ Nunc accõmodat ſimilitudines ad pulſuꝫ coꝛdis: ⁊ vt mihi videtur, ſupponit pꝛimo, ꝙ in coꝛde ſit naturale calidũ, ⁊ quidem maius, ⁊ pollentius ꝗꝫ in quauis coꝛpoꝛis particula: iſtud non opoꝛtet pꝛobare, quoniaꝫ ſępius eſt pꝛobatum. Secũdo ſupponit ꝙ neceſſariuꝫ eſt coꝛ ſuſcipere alimentum continuo, ſi debet viuere: quod alimentuꝫ eſt ſanguis non vltimo coctus, ſed vlterius decoquendus, vt ſupponatur pꝛo nunc, quia aliter diximus libello de iuuētute: ſanguis enim iſte non perfecte coctus in epate per venam magnam fertur ad coꝛ, ⁊ intra thalamum medium vltimo decoquitur: vt dictum eſt libꝛo de ſomno. Eſt eniꝫ medius thalamus ſpecum medium, ad quod ſanguis deducitur, vt perfecte decoquatur, vt Themiſtius dixit libꝛo de ſomno. Tertio ſupponit caloꝛem coꝛdis agere in ſanguinem illum ſubtiliando ac ſpumificando, ⁊ ad cumulũ intundando. His ſtantibus, dicit, in coꝛde tumefactio facta propter caliditatem eius humidi: qđ ad coꝛ accedit ex alimento, facit pulſum: humidum enim illud tumefactum, ⁊ ſpumificatum ⁊ eleuatum vſqꝫ ad tunicam vltimam coꝛdis: eam dilatat, et ſic ſit diaſtoles, hoc eſt dilatatio: non potens autem vlteri⁹ pꝛogredi, humidum illud redit interius: ⁊ ſic ſit ſyſtoles, ħ eſt conſtrictio: pulſus autem eſt, qui his duobus motib⁹ cõſtat. Hęc ergo eſt cauſa pulſus coꝛdis. Cõmentarium

¶ Atqꝫ hoc ſemper ſine vlla intermiſſione ſit. nam ſemper humoꝛ ex quo natura ſanguinis oꝛitur: continue influit.

¶ Et hoc: ſemper ſit cõtinue. affluit eniꝫ ſempꝛ humidum: ex quo ſit ſanguinis natura.

¶ Per hęc vult habere differentiam inter pulſationē apoſtematis, ⁊ pulſum coꝛdis, ⁊ dicit. Et hoc. ſ. pulſus ſit continue durante vita: ceſſante enim eſt moꝛs, Coꝛ ꝟo ſit cõtinue Cõmentariũ

Ayuntamiento de Madrid

durante vita/pꝛobat,quoniam continue affluit ſanguis no/
uus ad coꝛ,vt ibi digeratur:⁊ fiat perfectus,ergo eius ebul/
litio erit perpetua durante vita:ſed in apoſtemate,⁊ ebulli/
tione pulſatio non eſt continua,quoniam illa in apoſtema/
te ceſſat pꝛopter cauſas aſſignatas,⁊ etiam ceſſat ebullitio:
vt dictum eſt.dicit.Et hoc ſemper fit, continuo ⁊ inceſſan/
ter.Affluit enim ſemper humiduʒ nutrimentale:ex quo fit
ſanguinis natura:⁊ verus ſanguis.

¶ Pꝛimum enim:in coꝛde gignitur.id quod:
in pꝛima generatione liquido conſtat.nam ve/
nis nõdũ diſtinctis:ſanguinẽ habere cernit.
¶ Pꝛimo enim in coꝛde fit. palaʒ auteʒ:in ge/
neratione a pꝛincipio.nonduʒ enim diſtinctis
venis:videtur habere ſanguinem.

umum ſan is in corde t.

Cõmentarius ¶ Poſſet quis dicere,ꝙ non ſemꝑ ſanguis ſit in coꝛde:quo/
niam in pꝛima coꝛdis generatione nõ eſt ſanguis:quaſi rñ/
dens,aſſignat cauſam quare in coꝛde nãq̄ʒ deeſt ſanguis,et
dicit.Pꝛimo eniʒ in coꝛde fit ſanguis,⁊ ipſo genito in eo eſt
ſanguis.pꝛobat,⁊ dicit.Palam autem in generatiõe quę fit
coꝛdis a pꝛincipio,⁊ pꝛima eius oꝛigine:nõduʒ enim diſtin
ctis venis,nec ramificatis per coꝛpus coꝛ in illa ſua pꝛima
oꝛigine videtur habere ſanguinem,⁊ ſic ſemper habet ſan/
guinem,⁊ ita ſemper habuit pulſum.¶ Aluernus phĩę pe/
De cã motus coꝛdis ripathetice non ignarus,⁊ Candauenſis doctoꝛ etiam peri/
patheticus cõtra hęc,quę Ariſtoteles dixit bonis argumẽ/
tis obyciunt,⁊ pꝛobant,ꝙ calidũ non ſit cauſa pulſus pꝛin
cipalis,⁊ per ſe.Pꝛimo quideʒ:quoniaʒ calidi eſt alterare,
ſubtiliare,⁊ reſoluere,ad quę ſequitur iſte motus coꝛdis,g
calidum non eſt per ſe cauſa illius. 2° quia pꝛimus motus
in animali eſt motus coꝛdis,vt Phĩ auttumant.Ergo opoꝛ/
tet vt ſit a cauſa pꝛima coꝛdis,hęc pꝛima cauſa non poteſt
eſſe calidum. 3° motus coꝛdis eſt cauſa calidi,ergo non ſit
a calido.Pꝛopter hęc tenent duo,quoꝛum pꝛimum eſt,ꝙ
motus ille coꝛdis per ſe pꝛimo fit ab anima mouẽte coꝛ,ſi/
cut enim pꝛimum mobile mouetur per ſe ꝓmo ab anima,
ſic coꝛ per ſe pꝛimo mouetur ab eius anima:vnde ſicut cui/
libet miſto inanimato ab eius foꝛma competit aliquis ꝓ/
pꝛius motus,⁊ cuilibet elemento a pꝛopꝛia foꝛma,compe/
tit pꝛopꝛius motus,⁊ ferro etiam ab eius ꝓpꝛia foꝛma mo
uetur ad magnetem:ſic coꝛ ab eius pꝛopꝛia foꝛma:quę eſt
anima mouetur pulſu:⁊ animal mouet̃ mediante coꝛde ab
eius anima hoc pꝛopꝛio motu. 2° dicũt,ꝙ lʒ anima ſit ꝑn/
cipalis cauſa huius motus,calidum tamen eſt inſtrumen/
tum:mediante quo motum agit anima:vt enim ignis cale/
facit per ſuam foꝛmam:⁊ ꝓpter calidum tãq̄ʒ pꝛopter in/
ſtrumentum:ſic anima mouet coꝛ pꝛincipaliter:ſed medi/
ante calido tãq̄ʒ inſtrumento:⁊ ſic tenẽt ꝙ pꝛincipalis cau/
ſa huius motus ſit anima ſenſitiua/inſtrumentaria eſt coꝛ/
dis caliduʒ.¶ Sed hęc poſitio eſt ambigua,quoniam nul
Dubõnes ꝯ põneʒ lum inſtrumentum eſt cauſa eius,a quo fit,ſed caliduʒ per
eos fit a motu coꝛdis,ergo calidum non eſt cauſa,nec pꝛin/
Põ medicoꝝ. cipalis,nec inſtrumentalis illius motus coꝛdis.¶ Pꝛopter
hoc argumentũ Galenus ⁊ medici dicunt,ꝙ anima eſt cau/
ſa pulſus mediante virtute vitali,Eſt eniʒ anima pꝛincipa/
lis cauſa,vitalis vero virtus eſt cauſa inſtrumẽtaria. Anima
eniʒ mediante virtute vitali eleuat tunicã coꝛdis intra quã
ſanguis continetur:⁊ ſic ad eleuationem ſequitur tumefa/
ctio ſanguinis,⁊ compꝛeſſio:cum tunica depꝛimitur.Videtur
huic opinioni conſonare,quoniam nulla foꝛma per ſui eẽn/
tiam eſt cauſa alicuius operationis.In hoc eniʒ differt foꝛ/
ma creata ab increata:ꝙ foꝛma creata agit per potentiam
diſtinctam ab eſſentia,deus vero agit per ſuam eſſentiam,g
anima agit motum illum mediante potentia vitali;ad cuiꝰ
motum ſequitur ſanguinis eleuatio,⁊ compꝛeſſio:⁊ ſic calidũ
nec pꝛincipalis cauſa eſt pulſus,nec inſtrumentaria,ſʒ ani/
ma ⁊ virtus vitalis.Hęc medici.¶ Animaduertenduʒ g, Põ Ariſtotelis
ꝙ Ariſtoteles cum quęrit cauſam alicuius oꝑationis parti/
cularis alicuius membꝛi,vel particulę coꝛpoꝛis,nõ quęrit
cauſam vniuerſalem ⁊ cõmunem.Declarauit enim in 2° de
anima,ꝙ anima eſt cauſa animati coꝛpoꝛis in triplici genẽ
cauſę,finalis,⁊ foꝛmalis,⁊ factiuę,⁊ voluit ꝙ ſit cauſa fa/
ctiua coꝛpoꝛis animati inquantũ eſt vniuerſalis cauſa oĩuʒ
motuum ⁊ operationum quę ſunt in animato coꝛꝑe. Quę/
rit ergo cauſam particularem,⁊ imediatam:⁊ ſic in hoc lo/
co quęrens cauſam motus coꝛdis,non vniuerſalem quęrit,
ſed particularem ⁊ pꝛopꝛiam:quoniam vniuerſaleʒ eẽ ani/
mam non dubitat.vnde,vt in libꝛo de ſomno quęrens cãʒ
ſomni particularem ⁊ pꝛopꝛiam,aſſignauit non animaʒ:ſʒ
euapoꝛationem cibalem,lʒ anima ſit vniuerſalis cã ſomni
⁊ vigilię:ſic in hoc loco quęrens cauſam particularem ⁊ ꝓ/
pꝛiam pulſus coꝛdis,non animam aſſignat,ſed caliduʒ,vt
regulatur ab anima:ſic enim vapoꝛatio cauſa ſomni eſt,vt
regulata ab anima.Tunc dicendum ꝙ cauſa per ſe dicitur
dupliciter:vna quę eſt cum ſuo effectu vniuoca,⁊ quę vt ta/
lis agit effectuʒ:⁊ ſic nec euapoꝛatio eſt cauſa per ſe ſomni:
nec calidum eſt cauſa motus coꝛdis per ſe.Alio modo cau/
ſa dicitur per ſe quęcũq̄ʒ eſt cauſa effectus non foꝛtuita,nec
caſualis.per ſe enim accipitur contra caſuale 2° phyſicoꝝ.
Et tũc dico ꝙ euapoꝛatio ſomni:⁊ caliduʒ motus coꝛdis cã
eſt per ſe:quoniam nec euapoꝛatio ſomni,nec calidum pul/
ſus cauſa eſt foꝛtuita:ac caſualis:ſʒ per ſe,vt directę ab ani/
ma:ac ab illa regulatę:vt ſic eniʒ ſunt particulares ⁊ per ſe
cauſę.Euapoꝛatio quidem ſomni:caliduʒ vero pulſus.Et ſʒ
hoc fruſtra ponitur a medicis virtꝰ vitalis,qua anima mo/
uet coꝛ:⁊ arterias,quoniaʒ pꝛo his motibus ſufficit anima,
vt vniuerſalis cauſa,⁊ calidum regulatum ab anima,vt cã
particularis,⁊ per ſe.¶ Errant etiam Aluernus ⁊ Canda/
uenſis,qui credunt pulſum coꝛdis eſſe pꝛioꝛem caloꝛe coꝛ/
dis.Si enim pulſus eſſet cauſa caloꝛis:caloꝛ non poſſet eẽ
cauſa pulſus,nec pꝛincipalis,nec inſtrumentaria.Cuius cõ/
trarium dicunt.Pꝛopterea dico,ꝙ calidum ab ipſis gene/
rantibus datur viuenti mediante anima,ſicut grauitas da/
tur terrę a generante mediante foꝛma terrę.Motus auteʒ
⁊ operationes dantur mediante calido.Lʒ enim motus lo
calis ſit pꝛioꝛ omni motu,tamen in ſpecie calidum põt eſſe
pꝛius motu locali:⁊ motus calidi pꝛioꝛ motu coꝛdis.¶ Ex
his patet mens Ariſtotelis,⁊ ſolutio rationum Aluerni. pª
enim ratio concludit ꝙ caliduʒ non ſit cauſa per ſe vniuo/
ca,⁊ inquantum talis.Calidum enim vniuoca cauſa nõ eſt
niſi calidi,⁊ per ſe cauſa,vt tale nõ eſt cauſa niſi rarefactio/
nis ⁊ attractiõis.tñ cauſa ꝑ ſe,vt diſtiguit̃ ꝯtra cãm caſua/
lem ⁊ foꝛtuitam calidum regulatum ab anima vt ebulliẽs
mediante ſua ſpumificatione cauſa eſt motus coꝛdis ꝑ mo
dum dictum.Ad 2ᵃᵐ patuit ſolutio:motus enim coꝛdis ſm
Phos eſt pꝛimus motuum localium in animalibꝰ:non au/
tem eſt pꝛimus ſimpliciter,quoniam fit a calido mediante
eius ſpumificatione,⁊ ſpirituificatione( vt dictum eſt)qui
motus non eſt pure localis.¶ 3ª ratio deleta eſt,ſumit eniʒ
falſum.Nõ enim motus coꝛdis cauſa eſt calidi ſimpliciter:
ſed calidũ mediãte ſua ſpirituificatione ac ſpumificatione
cauſa eſt pulſus:vt pꝛobatum eſt.Hęc pꝛo dilucidatione.
¶ Quęritur obiter ꝓpter quid medici pulſuʒ coꝛdis ⁊ ar/ De vitali motu.
teriarum appellauerunt vitalem motum,⁊ virtutẽ animę,
qua anima mouet hęc,appellauerunt vitalem.Phĩ autem
motum nutritionis,⁊ generationis,⁊ augmentationis,⁊ di/
minutionis appellarunt vitaleʒ,vt Druſianus monachus
aſſeruit in techna.Cauſa autem eſt,quoniam medici inſpe
xerunt ſolum ad hominem,⁊ quoniam per hos motus iu/
dicant

Ayuntamiento de Madrid

dicant hominem viuere, quouſq; eni cor ⁊ arterię hoc pulſus motu mouentur: eum viuere aſſerunt: q̄ primum ceſſare ab hoc, mortuum putant, hos motus vitales, ⁊ virtutem qua anima hos motus perficit vitalem appellarūt. Alia cā eſt, quoniam poſuerunt in epate virtutem nutritiuam, in cerebro motiuam ⁊ animalem, ergo erat rationi conſonum, vt vitalem ponerent in corde. Phi autem inſpexerunt non ſolum ad hominem, ſed ad omne viuens, ⁊ quoniam inuenerunt etiam plantas viuere, ⁊ cũ non viuant ſenſu nec intellectu iudicarunt eas viuere nutritione ⁊ auctione, ⁊ generatione, ⁊ ſic hos motus vitales ⁊ virtutem, qua anima hos perficit vitalem tāq̄ cōmunes omnibus viuentibus iudicarunt. Prętere a in omni viuente conſiderantes non niſi vnū membrum fecerunt primum ⁊ principale: vtpote cor, aut vicarium cordis, ideo omnem virtutem eſſe in eo putarūt: ⁊ propterea in homine per eandem virtutem viuit, ⁊ ſentit, ⁊ intelligit, quoniam per animam humanam, lʒ ratione diuerſa: vt ſecūdo de anima dictum eſt.

¶ Et ob id: iunioribus magis q̄ ſenioribꝰ pulſat. vtpote qbus: diuaporatio maior fiat.

¶ Et propter hoc: pulſat magis iunioribus, q̄ ſenioribꝰ. fit eni exhalatio amplior iunioribꝰ.

Cōmentarium ¶ Ex his ſoluit duo quęſita, ⁊ aſſignat cauſas illorum, p̄ᵐ ꝓ quid cor pulſat magis iunioribus: q̄ ſenioribus: ⁊ reſpondet hoc eſſe: quia calidū in iunioribus eſt maius, ⁊ fortius q̄ in ſenioribus, cum enim calidū iuuenile ſit maius, ideo ſanguis magis ſpumificatur: ac ſpirituificatur: ⁊ ſic magis eleuatur: ⁊ ſic pulſus cordis fortior eſt in iunioribus, q̄ in ſenioribus, vnde dicit. Et propter hoc. ſ. quia calidum eſt maius in iunioribus q̄ in ſenioribus, cor ipſum pulſat magis iunioribus, q̄ ſenioribus: calido enim in iuniorib⁹ exiſtente maiori, fit ſanguinis exhalatio, ⁊ ſpumificatio: ac ſpirituficatio maior, ⁊ amplior iunioribus: q̄ ſenioribus.

¶ Quinetiaʒ venę, omnes ⁊ ſimul inter ſe pulſare aſſolent: q2 omnes ex corde ſua initia trahunt. cor autem: ſemper mouet. Quare ⁊ illę ſemp mouēt: ſi ſimul inter ſe cū illud mouet.

[handwritten margin: ...omnes arteriale...] ¶ Et pulſant venę omnes, ⁊ ſimul inuicem: ꝓpterea ꝙ ortę ſunt omnes a corde. mouet autem: ſemper. Quare ⁊ illę ſemper: ⁊ ſimul inuicem quando mouet.

Cōmentarium ¶ Secūdum quęſitum, propter quid dilatato corde, vel ei⁹ tunica ipſum continente omnes arterię dilatantur: ⁊ cōcorditer omnes ſimul, ⁊ compreſſa illa tunica: omnes arterię comprimuntur, ⁊ omnes concorditer: ⁊ ſimul: ita, vt pulſus cordis regulariter ſit ſemper cum pulſu omnium arteriarum. Reſpondet, hoc eſſe, quoniam omnes venę arteriales oriuntur a corde: ſuntq; ſic cordi proportionatę: ⁊ ei⁹ tunicę: vt non poſſit tunica dilatari: quin arterię dilatenť: nec comprimi, quin comprimantur. Continuātur enim ipſi cordi, vt vtres fiſtulę follis, vt patet per anathoma: ⁊ propter hanc cauſam non poteſt tunica dilatari, quin omnes dilatentur: nec comprimi, quin comprimantur: ⁊ omnes ſimul: quia omnes ſimul ad cor eandem proportionem habent. vnde dicit. Et pulſant venę omnes. ſ. pulſatiles, ⁊ ſimul inuicem, propterea ꝙ ortę ſunt omnes a cordę, ⁊ ita proportionatę: vt non poſſit cor moueri, niſi ille correſpondenter moueantur. Hinc concludit, ꝙ quia calidum ſemper mouet cor: ſemper etiam moueat illas, ⁊ regulariter ac proportionaliter ſicut cor mouetur. ¶ Druſianus autē monachus credidit ijᵒ libro techne: ꝙ arterię mouentur dilatatione et conſtrictione motu propriy ſanguinis: qui intra illas continetur. Imaginatur enim ſanguinem arterialem correſpondenter ſpirituificari ac ſpumificari, vt ſanguis cordis, ⁊ ſic motu propriy ſanguinis vult illas pulſare. proportionaliter tamen cum pulſu cordis propter ortum queʒ habēt ad cor. Errauit autem, quoniam ſanguis arterialis non eſt ita calidus, vt ſanguis cordis, nec calidum contentum intra arterias eſt ita calidum, vt poſſit ſanguinem in exhalationē, ⁊ ſpumam, ac ſpiritum vertere: cum arterię continuo elongentur a corde: ⁊ ita calidum deficit in illis. Ergo dicenduʒ eſt arterias correſpondenter pulſare, ſicut cor pulſat, non ꝑ motum propriy ſanguinis, ſed concomitatiue ad motū cordis: ad quem motum ſequitur motus tunicarum arteriarū, ⁊ motus ſanguinis intra illas contentas. Pendet ergo motus dilatationis, ⁊ conſtrictionis arterię a conſtrictione, et dilatatione tunicę cordis intra quam calidum ⁊ ſanguis cōtinentur. Motus ꝟo ſanguinis intra arterias exundatiuus pendet a motu arteriarum ꝯſtrictiuo ⁊ dilatatiuo: ⁊ ſic pulſus arteriarum non pendet a motu propriy ſanguinis, ſed a pulſu cordis: quod Druſianus ignorauit. Ex his ſequitur vnde medici ſumpſerunt iudicium a pulſu arteriarū: quoniam arguit ſupra pulſum cordis, propter concomitantiaʒ ⁊ cauſalitatem: ⁊ iudicauerunt ex pulſu illarum fortitudinem, ⁊ debilitatem calidi: ⁊ multa alia propter hanc cauſam. ¶ Sed quęritur vtrum dilatatio cordis, ⁊ arteriaruʒ ſit motus naturalis, videtur ꝙ ſic quoniam motus conſtrictionis eſt naturalis, ergo ⁊ motus dilatationis. Contrariorum enim idem eſt naturale principium. Secūdo quęritur vtrum conſtrictio ſit a calido. Videť ꝙ non: quoniam calidi eſt rarefacere, ⁊ non conſtringere. Tertio quęritur, vtruʒ ſanguis calefactus ſit cauſa dilatationis, ⁊ conſtrictionis, an caliduʒ partiū cordis. ¶ Ad hęc per ordinē reſpondemus incipiendo ab vltimo: ⁊ dicemus ꝙ ſanguis calefactus, et calidum cordis, ⁊ ſuarum partium eſt cauſa pulſus cordis: ſanguis quidem: quatenus ipſe calefactus, ⁊ ſpumificās tunicam dilatat. ipſemet deponens tumefactionem eſt cauſa compreſſionis. Aliter tamen ⁊ aliter: nam ſpumificans dilatat per ſe: demeſcens conſtringit, quatenus remouetur vt ꝓhibens deſcenſum tunicę: ⁊ ſic eſt cauſa quaſi ſine qua non illius compſſionis. Calidum ꝟo partium cordis cauſa eſt quaſi remota pulſus, quatenus eſt cauſa calefactionis ſanguinis: qui ſpumificatur. ¶ Ad ſcđam dubitationem, dicendum ꝙ cauſa conſtrictionis principalis eſt pondus tunicę, quiʒ enim tunica violenter dilatabatur: cū erat grauis: naturaliter conſtringitur: ⁊ ſic per ſe cauſa cōſtrictionis eſt tunicę grauedo: cauſa ſine qua non proxima eſt ſanguis deponens tumorem: depōne enim tumoris ſanguis cauſa eſt cōſtrictionis, vt remouens prohibēs: depoſitio tumoris fit ex ingreſſu aeris frigidi. Cuʒ enim ſanguis ampliatur, per debitas vias tranſeuntes per pulmonem, ⁊ venas inter pulmonem ⁊ cor, ſubintrat aer, ⁊ ſic ſanguis infrigidatur, ⁊ deponit tumoreʒ. Ex quo patet ꝙ conſtrictio ſit a calido cordis, ⁊ partium eius: remote, quem erat cauſa tumefactionis ſanguinis, ⁊ tumefactio cauſa, vt intraret aer frigidus, ⁊ aer frigidus cauſa eſt depoſitionis tumoris: quę cauſa eſt ſalteʒ ſine qua non: vt tunica conſtringatur. Ad primam patet ſolutio, ꝙ ratione habita ad tunicam, ⁊ ad cor, quę mouenť, dilatatio violenta eſt, quoniam contra naturam eorū: quę dilatantur: vi enim graue aſcēdit: ratione ꝟo habita ad ipʒ calidum cordis, cui naturale eſt calefacere ſanguinem: ex cuius calefactione ſequitur, vt ſanguis fiat leuis, ⁊ dilatās, dilatatio eſt naturalis. At conſtrictio naturalis eſt ex eo: q2 tunica, ⁊ cor naturaliter deſcēdunt: ꝓhibente remoto.

Com. 12 De pulſu arterię.

An mot⁹ cordis et arterię ſit nālis.

¶ Palpitatio igitur eſt:compellentis frigoꝛis repulſio. Pulſatio ꝟo:humoꝛis concaleſcentis inflatio.

¶ Reſilitio igitur eſt:facta obuiatio ad frigidi conſtrictionem. Pulſatio autem : humidi calefacti ſpiritificatio.

Cōmentariuꝫ

¶ Nunc vult agere de tertio.ſ.de ipſius coꝛdis reſpiratione,⁊ continuando ſe ad ſequentia epilogat,quę dixit,⁊ inquit. Reſilitio igitur coꝛdis hoc eſt/palpitatio eſt obuiatio facta ac ſequens ad conſtrictionem frigidi/hoc eſt cauſata ex frigido conſtringente calidum coꝛdis. Pulſatio autem coꝛdis eſt ſpirituificatio/hoc eſt inflatio humidi calefacti,hꝫ eſt ſanguinis calefacti. Hęc enim definitio cauſalis eſt:cauſatur enim pulſus ex inflatione humidi.Quid ꝟo ſit coꝛdis reſpiratio,poſt hęc exponit.

¶ Reſpiratio autem fit:caloꝛe augeſcente in ea parte vbi vegetale pꝛincipium habetur. nam quemadmodum cętere partes alimento indigent:ita ⁊ illa quoqꝫ.imo magis ꝗꝫ cętere.qppe quę:cęteris nutricationis cauſa ſit.

¶ Reſpiratio autem fit: augmentato calido, in quo pꝛincipium nutritiuum.quemadmodum enim ⁊ alia indigent alimento:⁊ illud. ⁊ alijs magis.eteniꝫ alijs:illud,alimenti cauſa eſt.

Cōmentariuꝫ

¶ Hactenus de palpitatione,⁊ pulſu coꝛdis,nunc de reſpiratione coꝛdis agit. Ubi animaduertenduꝫ ꝙ quemadmodum pulſus eſt duplex motus coꝛdis.ſ.⁊ quo dilatatᷣ eius tunica,⁊ quo conſtringitur : quibus arterię confoꝛmiter et comitanter dilatantur,⁊ cōſtringuntur;ſic reſpiratio eſt duplex motus,⁊ quo coꝛ trahit aerem:⁊ quo expellit aerem. Trahit dico mediante eleuatione pulmonis,⁊ expellit mediante compꝛeſſione. Imaginatur igitur Ariſtoteles ꝙ idem calidum.ſ.ſanguis per intumefactioneꝫ eſt cauſa,vt coꝛ dilatetur:⁊ comitanter arterię;per definitionem tumoꝛis,coꝛ conſtringitur,⁊ comitanter arterię conſtringuntur,⁊ ſic eſt pulſus. Amplius per eandem ſanguinis calefacti in tumefactionem:coꝛ dilatatur ⁊ pulmo eleuatur:⁊ aer intrat,per pulmonem vſqꝫ ad coꝛ:⁊ ſic ſanguis deponit tumoꝛem,et coꝛ,⁊ pulmo compꝛimuntur ⁊ aer expellitur qua ratiōe patet,ꝙ ſanguis calefactus a calido coꝛdis mediante tumefactione eſt cauſa dilatationis coꝛdis,⁊ arteriarum : ⁊ eleuationis pulmonis ⁊ tractionis aeris per totum. Illemet ſanguis refrigeratus mediante depoſitione tumoꝛis eſt cauſa conſtrictionis coꝛdis,⁊ arteriarum,⁊ cauſa deſcenſus pulmonis,⁊ pulſionis aeris. Ariſtoteles ergo pꝛimo accipit ex qua cauſa fiat inſpiratio:quę eſt aeris attractio,⁊ dicit. Reſpiratio autem fit,hoc eſt aeris attractio fit augmentato calido,hoc eſt ſanguine calefacto magis in coꝛde: in quo eſt pꝛincipium nutritiuum.ſ.anima ⁊ virtus nutritiua: ⁊ quia quis poſſet dicere,in coꝛde non eſſe ſanguinem/qui eſt alimentum coꝛdis. Aſſignat rationem quare ibi ſit alimentū ſcꝫ ſanguis,⁊ dicit. Quemadmodum enim ⁊ alia membꝛa indigent alimento:ita ⁊ illud.ſ.coꝛ:⁊ alijs particulis coꝛ ipſꝫ magis nutrimento indiget. Debet enim habere nutrimentum ſufficiens ſibi,⁊ alijs quoniam ⁊ alijs illud coꝛ alimēti cauſa eſt. Sic igitur patet in coꝛde eſſe ſanguinem quod eſt ipſi ⁊ eius omnibus particulis nutrimentum,⁊ patet talem ſanguinem a calido coꝛdis ⁊ eius partiuꝫ augeri,⁊ tumefieri. Hoc autem ſupꝛa pꝛobatuꝫ eſt ſępius,accepit autem hoc de nouo,vt innuat vnam cauſam eſſe dilatationis coꝛdis,⁊ reſpirationis:hoc eſt tractionis aeris.

¶ Neceſſe itaqꝫ eſt:vt cum amplioꝛ efficitur, inſtrumentum attollat. Exiſtimare autē opoꝛtet:inſtrumenti conſtitutionem ſimilem eē follibus qui in officinis ferrarijs habentur(parū enim abeſt:quin pulmo ⁊ coꝛ ſibi foꝛmam talem vendicent)geminum autem eſſe quod tale eſt,cum eam naturalem potentiaꝫ cui nutriendi officium delegatum eſt, in medio conſiſtere opoꝛteat.

¶ Neceſſe itaqꝫ amplius factum:eleuare oꝛganum. Opoꝛtet autem exiſtimare: conſiſtentiā oꝛgani ſimilem quideꝫ eſſe follibus:qui in erarijs(non longe enim neqꝫ pulmo neqꝫ coꝛ vt ſuſcipiat figuram talem)duplum autem eē qđ tale. opoꝛtet enim:in medio eſſe nutritiuuꝫ naturalis virtutis.

Cōmentariuꝫ

¶ Cum accepit,ꝙ inſpiratio fit augmentato calido,hoc eſt intumefacto ſanguine:qui in coꝛde eſt pꝛo eius,⁊ aliarum partium nutrimento:nunc exponit modum quomodo trahitur aer calido illo tumefacto:⁊ pꝛimo concludit ꝙ neceſſe eſt,cum coꝛ dilatatur,vt pulmo eleuetur:⁊ hoc ⁊ expoſitione ⁊ oꝛdine quem habet pulmo cum coꝛde,⁊ dicit. Neceſſe itaqꝫ calidum illud amplius factum,⁊ intumefactum eleuare oꝛganum/hoc eſt pulmonem:qui eſt inſtrumentuꝫ, mediante quo eleuato aer trahitur per totū:⁊ declarat quomō neceſſe eſt ad tumoꝛem calidi exiſtētis in coꝛde:vt pulmo eleuetur:⁊ dicit. Opoꝛtet autem exiſtimare cōſiſtentiā oꝛgani,ſimilem quidem eſſe follibus:hoc eſt pulmonē conſtitui ad foꝛmam follium:qui ſunt in erarijs. Non lōge enī eſt pulmo ⁊ coꝛ,hoc eſt ab ipſo coꝛde:natura enim fecit pulmonem pꝛoximuꝫ coꝛdi:vt pulmo ſe habeat ad coꝛ,vt follis ad manum:ita vt ſuſcipiat figuram talem,qualem follis habet cum manu. Coꝛ enim ſua eleuatione eleuat pulmonē veluti manus ſua eleuatione eleuat follem. Uerum aliqua differentia eſt,quoniam quod tale eſt,ideſt pulmo,qui eſt vt follis,eſt duplum,⁊ ſic videtur figura follis in pulmone quaſi duplicata pꝛopter duas,quas habꝫ partes. Quare autem opoꝛtet eſſe duplum,cauſam affert,vt in eius ꝗſi medio ſit coꝛ,⁊ in medio coꝛdis ſit nutritiuum pꝛincipium.ſ. anima:quę eſt pꝛincipium nutritiuę virtutis: quę mediante calido nutrimentum intumefaciat,vt ſit cauſa tractiōis aeris mediante eleuatione pulmonis.¶ Ex his vult habere pulmonem eo ſitu ac poſitura cum coꝛde conſtitutum eſſe a natura:vt non poſſit coꝛ dilatari ab ipſo ſanguine intumeſcente:niſi pulmo eleuetur. Hoc ſupponit tum ratione:tum ex anathomis.

¶ Medium igitur:cum amplius redditur,eleuari ſolet.cum ꝟo eleuatur: ⁊ eam quoqꝫ partem quę illud ambit eleuari neceſſe eſt. Id qđ: in reſpirantibus fieri cernitur.quandoquidem pectus attollitur: pꝛopterea ꝙ eiuſmodi partis pꝛincipiū in eo contentū,hoc idē efficit.

cuius eſt ſimulacruȝ.Ideo Ari$^{les}$ anteq̄ȝ qōnē ſoluat,enitiť
argumētis ꝛ ſignis oſtendere rei ſenſibilis app̄henſҫ eē da/
bile ſimulacruȝ ac phātaſma in ſenſuali parte derelictum:
qd̄ aliquādo ſpēs,aliqn̄ phātaſma/aliqn̄ paſſio vel habitꝰ
Dī a Peripatheticis.Trāſit aūt Ari$^{les}$ de his breuibus:qm̄
(vt Themiſtius inqt)in libris de aīa diligētius dictuȝ eſt,
ibi eni diſputatū eſt,an cuiuſlibet ſenſibilis ſit dare ſpecieȝ Cōmentarius
ſiue ſpectrū in ſenſu:ꝛ cuius nō/ꝛ cuius ſic:ꝛ ſi alicuius non
eſt dabile,qūo illud ſenſu app̄hēdamus,quҫ cum lōgā mo
ram expoſcāt,Ari$^{les}$ breuibus ſignis ꝛ argumētis oſtendit
ſpectra hҫc ſenſibiliuȝ eē danda:ꝛ p̊ manifeſtat talia ſimu/
lacra eſſe danda per quandā ſil'itudinē ad picturas,ꝛ dicit.
Manifeſtū eni eſt,φ opȝ intelligere talē aliquā paſſioneȝ
factā eē per ſenſuȝ/hoc eſt ꝑ actualē ſenſationē alicuius rei
ſenſibilis,factā dico,ꝛ derelictaȝ in aīa ꝛ in p̄te corp̄is:quҫ
ipſam aīam hȝ.Nō eni paſſio hҫc derelinquitur in aīa tm̄:
nec in corpore tm̄:ſed in q̄daȝ p̄te organica cōpoſita ex aīa

Ayuntamiento de Madrid

⁊ corpore.ſ.aut cerebro aiato, aut corde, vt Themiſtius autumat. Nã cuz paſſio hęc ptineat ad aiam ſenſitiuã, quę eſt actus corporis organici, non videt̃ ad aiam tm̃: nec ad corpus tm̃ ptinere, ſed ad ↄiũctum ex aia ⁊ corpore, qđ eſt aut cor, aut cerebrũ. Dico derelictã in ↄiũcto ex aia ⁊ corpe, velut picturam quandã, cui⁹ paſſiõis aut ſimulacri habitũ dicimus eſſe memoriã. Eſt enĩ memoria ſimulacrum rei non ſimpl'r, ſed vt habet̃ ſtabil'r in pte ſenſitiua. Cui⁹ cãz affert, ⁊ dicit. Factus enĩ motus ab ipſo ſenſibili in ſenſuz, imprimit velut figurã quandã ſenſi, hoc eſt rei ſenſatę, ſicut ſigillantes anulis imprimũt in cerã figurã aliquam.

¶ Quocirca ⁊ in hiſce quos prę affectiõe aliq̃ aut ętate multiplex mot⁹ exercet: memoria nõ fit, q̃ſi mot⁹ ⁊ ſigillũ in amnez pfugũ icidat.

¶ Vñ ⁊ aliĳs qdẽ q in motu multo pp paſſioné aut pp ętatẽ ſunt: nõ fit memoria, tãq̃ vtiq3 in aquã fluentẽ incidẽte motu ⁊ ſigillo.

Cōmentarium ¶ Ex his obiter ↄcludit, qui recordari idonei: ⁊ qui non idonei ſint: vt pariter habeant ſigna eius, qđ dixit, ⁊ dicit. Qm̃ in memorãdo paſſio illa p̃ſens ſenſui eẽ dz, ↄtingit, vt alĳs vel non fiat memoria: alĳs aũt fiat: qui qdẽ in multo motu ſunt, aut pp paſſionez, aut pp ętatẽ: his nõ fit memoria, ⁊ h̃ ex eo, qꝛ ſigillũ aut mot⁹ ſiue imp̃ſſio incidit velut in aquã fluẽtẽ. ¶ Quo vo ad vba attinet, aiaduerte ꝙ corpus nr̃m, ⁊ ↄſequenter cor, ⁊ cerebrũ, ⁊ organũ memoratiuę virtutis põt eẽ in motu aut a paſſione corpori occurrẽte, ſicut eſſet ęgritudo.ſ.lethargus, aut id genus, aut ebrietas, vel crapula: ⁊ cęterę paſſiões corporeę, aut paſſiones aię, veluti ira, cõcupiſcẽtia, aut id gen⁹. Corpus eniz nr̃m, ⁊ ſingl'ę ei⁹ ptes ob tales paſſiões velut torrẽs fluit. Amplius fluere põt pp ętatẽ. Cũ enĩ auget̃, fluit, ⁊ cũ diminuit̃, ẽt fluit. Hinc fit, vt queãdmodũ anulus in pfuguz torrẽtẽ defixus, nõ ſigillat, ita memoria coꝝ retinere nõ põt, qui aut vi ęgritudĩs, aut fluxu ętatis in motu aut agitatu ↄtinuo ſunt. Pz igit̃ generatim quib⁹ nõ fit memoria.ſ. ppter motũ corporis.

¶ In aliĳs vo ne impreſſio quidez afformatur alliniturq3.

¶ Aliĳs autẽ propterea ꝙ frigida ſunt ſicut antiqua ędificiorum.

Cōmentariuz ¶ Aſſignat 2am cauſam, quia aliq memorioſi nõ ſint, ⁊ dicit. Alĳs aũt, nõ fit memoria: ppea ꝙ frigida ſunt, ſicut antiq̃ ędificioꝝ. Qñq3.n. pp frigiditatẽ ↄgelantẽ, ac idurãtem humores, ſpectrũ non põt recipi, vt ĳs ↄtingit, q in magno timore cõſtituti ſũt. ppter friditatẽ enĩ q̃ humores ⁊ ſpũs cõgelauit, ſpectrũ iprimi nõ põt: vt ędificĳs antiquis accidit: ędificiũ enĩ ac paries, cum recens eſt, facile imp̃ſſiones recipit, cuz antiquatur, ⁊ dureſcit, veluti lapis impręſſiones nõ amplius recipit.

¶ Ob ptis quę affectiõez excipe debeat, algorẽ (inalgeſcit enĩ veterũ ędificioꝝ ritu) duritiẽq3.

¶ Et propter duritiam accipientis paſſionem: non inſit impreſſio.

Cōmentariuz ¶ Aſſignat 3am cãm, quare nõnulli nõ ſint memorioſi: ⁊ pp duritiã eius mẽbri: qđ paſſionẽ accipit.ſ. cordis, aut cerebri nõ fit ſpectri imp̃ſſio, qui enĩ (vt Themiſti⁹ inqt) duriuſculos ⁊ iflexibiles ſenſus hñt, memorioſi eẽ nõ pñt, qm̃ imp̃ſſiões nõ ſuſcipiũt. Põt aũt duritia in ſenſorio ↄtingere non ſolũ ex cõgelatiõe a frigido facta: ſed etiaz naturaliter a calido exiccante ⁊ indurãte, ac terreſtrificante. Hę igitur ſunt cauſę cur aliqui non memorioſi ſint.

¶ Proinde: tã pueri q̃z ſenes, imemores ſunt.

propterea ꝙ alteri, ob accretionem in quodam quaſi fluxu ſint: alteri, ob decretionem.

¶ Quapp ⁊ multuz iuuenes ⁊ ſenes: imemores ſunt. fluũt enĩ, hi qdez ppter augmentũ: illi vo, propter decrementum.

¶ Ex his cauſis, ſoluit pblemata: primuz pp qđ decrepiti, q valde diminuunt̃, ⁊ pueri, qui valde creſcũt imemores ſint: ⁊ dicit. Quapp ⁊ multũ iuuenes.ſ. pueri, qui nimis creſcũt, ⁊ multũ ſenes, qui ſenſibil'r diminuunt̃: imemores ſint, aſſignat cãm, ⁊ dicit. Fluũt enim hi quidẽ ppter augmẽtum vz, pueri: illi vo propter decremẽtum.ſ. decrepiti. Cōmentariuz

¶ Pari quoq3 mõ carere memoria vident̃: tuz qui p̃celeres ⁊ impẽdio volucres ſunt, tum q admodũ tardi ſtupidiq3. nam hi qdem, humidiores ſũt q̃z par ſit: illi vo, retorridiores. Primi ergo, viſorum imp̃ſſionem ſeruare ac retinere non poſſunt: alteri, recipere.

¶ Sil'r aũt ⁊ multuz veloces, ⁊ multuz tardi: neutri vident̃ memores. illi enim, humidiores ſunt q̃z opportunum ſit: hi vo, duriores. Illis igitur non manet phãtaſma in anima: alios vo non tangit.

¶ Soluit 2m pblema, ⁊ dicit. Sil'r autez ⁊ multũ veloces, ⁊ multũ tardi in app̃hẽdendo: ſed hoꝝ neutri vident̃ memores. Illi enĩ qui in app̃hẽdẽdo veloces ſunt, imemores ſũt, qm̃ humidiores ſũt cerebro aut corde q̃z opportunuz ſit. facile enĩ app̃hẽdũt pp humiditatẽ cerebri aut cordis apprę hẽdentis, humidi enĩ eſt recipe. hi vo, qui tarde app̃hẽdũt, duriores ſũt, ⁊ ppea dicit. Illis igit̃ qui veloces ſũt, nõ manet phantaſma in aia, h̃ eſt in corde vel cerebro, vbi eſt aia: alios vo, qui duri ſũt, phãtaſma aiam nõ tangit, qm̃ pp duritiã organi nõ recipit̃. Mediocres vo bñ ſe hñt, quoniam in mollitie ⁊ duritia ſenſoriũ bñ ↄſtitutuz hñt. ¶ Sed q̃res pp qđ quę vidimus, aut audiuim⁹ in pueritia: meli⁹, ⁊ diutius memoria tenemus: cũ ea ętas fluida ſit. An, qm̃ quę accepimus in ſenſu fortẽ ⁊ pollẽtẽ imp̃ſſionẽ fecerũt. Cã autẽ fuit admiratio ⁊ nouitas, noua enĩ ⁊ admirabilia nobis fortem motũ faciũt in memoriã (vt Arilcs inqt p̊ rhetoricoꝝ) qa igit̃ fecerũt pollentẽ in ſenſorio imp̃ſſionẽ pp nouitatez: oia enĩ pueris noua ſũt, q̃ſi per totã ętatẽ ſeruantur, eſt igit̃ hoc per accidens, ⁊ non per ſe. Cōmentariuz

¶ At ſi de memoria ſtatuenduz ita ſit: vtrũ huiuſce affectionis meminimus, an illius vñ hęc profecta eſt?

¶ Sed ſi quidem tale accidens eſt circa memoriam: vtrum hanc meminit paſſionez, an illud a quo facta eſt?

¶ Cum Arilcs declarauit ſuppõnẽ, q̃ in qõne ſupponit̃, quęrit nũc iterũ qõnẽ, ⁊ argumẽtat̃ ad ptes. vñ q̃ſtio eſt, vtruz hoc ſimulacrũ recordet̃ aius, an illud, vñ hoc pfectum eſt. dicit. Sz ſiqdẽ tale accñs.ſ. phãtaſma eſt circa memoriam derelictũ, vz, ab ipſa re prius app̃hẽſa, vt ſuppoſitum eſt, ⁊ pbatũ. Vtrũ hanc aius meminit paſſionẽ, ac ſimulacrũ: an illud, a quo factũ eſt ſimulacrũ iſtud. hęc ergo qđ ſupponit ſimulacruz: ⁊ q̃rit cuius ſit memoria an rei, an ſimulacri. Cōmentariuz

¶ Nam ſi huius: nihil quod abſens ſit, meminiſſe poſſumus.

¶ Si.n. hãc: abſentiũ nihil vtiq3 meminerim⁹.

Ayuntamiento de Madrid

Cōmentariuꝫ

¶ Argumētat̃ ad ptes, ⁊ primo ꝙ non ſit memoria ſimulacri: qm̃ tunc nihil rerū abſentiū recordaremur, ſed ſolū eēt memoria ſimulacri pſentis, qȯ eſt contra dicta. vñ dicit. Si eni hāc ſubaudi recordamur: tunc nihil abſentium ⁊ preteritorum meminerimus, ſed preſentium. Simulacra enim preſentia ſunt, res, vnde ꝓfecte ſunt, abſentes ſunt.

¶ Si illius: qui fieri pōt vt hāc ſentiēdo, eiꝰ meminerimus quod nō ſentimus, quodqꝫ abiūctum remotumqꝫ a nobis eſt?

¶ Si ꝟo illud: quomodo ſentiētes hāc, meminerimus qȯ nō ſentimus, qȯ abſens?

Cōmentariuꝫ

¶ Obycitꝫ aliā partē, ꝓ qdē: qm̃ ſi aīus recordet̃ rē, e qua ꝓfecta eſt paſſio: tūc videt̃ ꝙ ſimul ſentiret paſſionē, ⁊ rez vnde facta eſt paſſio. vñ dic̃. Si ꝟo illud e quo ꝓfecta paſſio eſt, qūo ſentientes hanc paſſionē. ſ. ſimulacruꝫ, meminerimus qȯ non ſentimus, ſed abſens eſt, ⁊ abiunctum: niſi ſimul vtrūqꝫ ſentiremus: qȯ videtur abſurdum.

¶ Itē ſi ex ipſius rei ſenſu q̃dā q̃ſi pictura ac impreſſio in nobis relicta ſit: curnaꝫ alteriꝰ, ⁊ non huius ipſiꝰ meminerimus? nam qui meminit: hanc affectionem ſpectat ſentitqꝫ.

¶ Et ſi eſt ſil'e ſicut figura aut pictura in nobis, huius ipſius ſenſus: ꝓꝑ qd vtiqꝫ erit memoria alteriꝰ, ſed nō huius ipſius? agēs eni memoria: ſpeculatur hanc paſſionē, ⁊ ſentit hanc.

Cōmentariuꝫ

¶ Scdo obycit contra eandē ptē, ⁊ dicit. Et ſi illa paſſio eſt ſil'e ſicut figura aut pictura in nobis, huiꝰ ipſiꝰ ſenſus nr̃i, vt dcm̃ eſt. Diximus eni phātaſma eē veluti picturā ſenſus noſtri derelictū a re ſenſata. Si igit̃ eſt veluti pictura in ſenſu nr̃o: ꝓꝑ quid erit vtiqꝫ memoria alteriꝰ rei. ſ. abſentis, vnde hec paſſio facta eſt, ⁊ nō huiꝰ paſſionis: vꝫ eni ꝙ debeat eē huiꝰ paſſiōis, qm̃ hō, qui agit memoriā, ꝫ eſt, q recordat̃: in recordādo ſpeculat̃, ⁊ ſentit hāc paſſionē, modo videt̃ abſurdū ꝙ non recordetur id: quod cadit in apprehenſione.

¶ Quonaꝫ igit̃ pacto: meminiſſe pōt eiuſce qȯ preſens non ſit? hoc enim modo: cernere etiaꝫ ⁊ audire abſentia liceret.

¶ Qūo igitur: non preſens meminit? erit enim vtiqꝫ: videre non preſens, ⁊ audire.

Cōmentariuꝫ

¶ Tertio obycit iterū, ⁊ dicit. Quo mō igit̃ nō pſens meminit. Non eni videt̃ ꝯſonū, vt ſenſus id recordet̃: qȯ non eſt pñs, qm̃ ſic ſenſus iterior poſſet ſentire qȯ nō eēt pſens: qȯ ſi ita eſſet, eodē mō poſſet dici de ſenſu exteriori. ſ. ꝙ ſenſus exterior ſentiat ſenſibile nō pſens, nō eni videt̃ maior ratio de interiori q̃ꝫ de exteriori, vterqꝫ eniꝫ ſenſus eſt, g̊ ſi iterior pōt rē abſentē ſentire: ēt exterior rē abſentē ſentire poterit, ⁊ ſic erit vtiqꝫ nō pſens videre, aut audire. g̊ nō vꝫ verū ꝙ memoria ſit rei, vñ paſſio facta eſt, ⁊ nō paſſionis. Hec eſt queſtio: ⁊ quidem valde pulchra.

¶ An fieri poteſt: vt hoc ipſum contingat eueniatqꝫ?

¶ An eſt: vt cōtingit ⁊ accidit hoc?

Cōmentariuꝫ

¶ Soluit qōnez, ⁊ ꝓcedit, ꝙ aliqs pōt ſentire paſſionē preſentē, ⁊ ꝑ eā recordari rem abſentē: vñ dicit. An eſt, ꝫ eſt an fieri pōt, vt ꝯtingat, ⁊ accidat hoc. ſ. vt qs pñtez paſſionem ſentiat, ⁊ abſentē recordet̃. Hec. n. ſimul ſtant.

¶ Ut eni aīal depictuꝫ in tabula ⁊ animal eſt ⁊ imago, ⁊ cū vnuꝫ idēqꝫ ſit vtraqꝫ eſt ſed tamē eoꝝ ratio diuerſa exiſtit, conſiderariqꝫ pōt ⁊ vt animal eſt ⁊ vt imago: ſic ⁊ de phātaſmate qȯ in nobis eſt cēſere oportet, ⁊ ipſuꝫ quippiā in ſe, ⁊ alterius ſimulacrum eſſe. naꝫ quatenus in ſe ſeorſumqꝫ ſpectat̃, ſpectrum aut viſum eſt: q̃tenus ꝟo aliud refert, imago ⁊ monimētū.

¶ Ut eni in tabula pictuꝫ aīal, ⁊ aīal eſt ⁊ imago, ⁊ ideꝫ ⁊ vnuꝫ ipſuꝫ eſt ambo, eſſe tñ nō idē amboꝝ, ⁊ eſt conſiderare ⁊ vt aīal ⁊ vt imaginē: ſic ⁊ qȯ in nobis phantaſma opꝫ ſuſcipere, ⁊ ipſuꝫ aliquid ſm ſe eſſe, ⁊ alterius phantaſma. inquantum quidē ſm ſeipſuꝫ, ſpeculamen aut phantaſma eſt: inquantum ꝟo alterius, vt imago ⁊ memoriale.

Cōmentariuꝫ

¶ Exponit ſol'onem ꝑ exēplū, ⁊ dicit. Ut eni in tabula pictū aīal, ⁊ aīal eſt pictum / ⁊ imago veri aīalis: ⁊ idem ⁊ vnū ipꝫ aīal pictū eſt ambo ſubto ⁊ re, ⁊ tamē eē ⁊ rō nō eſt eadem amboꝝ, ⁊ ideo eſt ipm ꝯſiderare, vt aīal pictū, ⁊ vt imaginem: ſic ⁊ qȯ in nobis phantaſma eſt, opꝫ ſuſcipe, vt ipm ſit aliqd in ſe, ⁊ in rerū nā ꝓpriaꝫ rōnem hñs, ⁊ vt ſit alterius phātaſma. Hoc eni eſt qȯ Auer. ait. ꝙ intētio imaginata ꝫ eſt phātaſma pōt cōſiderari, vt res, ⁊ vt imago rei, vñ ꝓfecta eſt. Inquātū qdem ſm ſeipm vt res ſumit̃, eſt ens ſpeculabile, ⁊ phātaſma, ſeu res phantaſiabilis vel intelligibilis, vt quecūqꝫ res mūdi. Inquantū ꝟo eſt alterius imago: vt ſic eſt memoriale illiꝰ. ¶ Quo ꝟo ad dr̃iam attinet, phātaſma cū intelligit̃, aut ſentit̃ vt res eſt, intuitiue itelligitur, aut ſentit̃: vt ꝟo intelligit̃, aut ſentit̃, vt imago: ſic in ipſo itelligitur res abſens abſtractiue, vt iuniores loquunt̃. ꝑ mō non eſt memoria rei, nec memoriale, ſed res, que eſt qȯdaꝫ ſpeculamen. 2° mō eſt memoria, ſeu memoriale: ⁊ ſic idem eſt alterius memoria: ⁊ res itelligibilis vel ſenſibilis.

Cōmentarium

¶ Quare etiaꝫ cum idē aīum vellicat ac laceſſit, ſi quis ipſuꝫ in ſe ⁊ vt ſui quippiaꝫ generis eſt aīo percipiat: quedam veluti conceptio aut viſum ſuccurriſſe videtur. ſin ꝟo quatenꝰ alteriꝰ eſt, ⁊ vti in pictura accidit tāq̃ꝫ ſimulacruꝫ ⁊ imitationem contēpletur, eandēqꝫ tāetſi antea nūq̃ꝫ Coriſcuꝫ viderit tāq̃ꝫ Coriſci imaginem cōſideret: tuꝫ ſane cōſiderationis huiuſce conditio atqꝫ natura longe alia eſt q̃ꝫ cuꝫ tāq̃ꝫ animal depictū in animo ſpectat. hic eni, mera conceptio euadit: illic, ꝙ ſimulacrum alterius ſit, monimentum.

Cōmentariuꝫ

¶ Quare ⁊ cum agit motus ipſius, ſiqdem inquantuꝫ ſm ſe ſic ſentit aīa ipſuꝫ: vt intellectū aliqȯ aut phātaſma videt̃ adeſſe. ſi autē inquātum alterius, ⁊ ſicut in pictura vt imaginē ſpeculatur, ⁊ qui non videt Coriſcum vt Coriſci imagineꝫ: hic alia paſſio huius ſpeculatiōis: ⁊ quādo ſicut animal pictum conſiderat in anima. hoc quidem, fit ſicut intellectum ſolū: hoc autem, vt ibi quia imago, memoriale.

Cōmentarium

¶ Nūc colligit quodāmō ſol'onē, ⁊ dicit. Quare ⁊ cū ipſius phātaſmatis motus agit, hoc eſt cū actu ꝯſiderat̃ phantaſma: ſiqdem inquātum qdeꝫ ſm ſe conſiderat̃, vꝫ, vt res, ſic aīa ſentit ipſuꝫ, vt qȯdaꝫ intelligibile, aut vt qȯdaꝫ phāta-

ſiabile:⁊ hoc dicit. Siquidez inquātum ſm ſe ſic ſentit aīa ipm, vz, vt rez, ſic videt̃ adeſſe, vt qōdam intellectum, aut phātaſma, hoc eſt phantaſiabile: ⁊ hoc pacto nō eſt memoria nec memoriale. Si aūt cōſideratur inquantum alterius imago ⁊ ſimulacrū, ⁊ ſicut pictura: ſic aīa ipſiuz ſpeculat̃ vt imaginez ⁊ memoriale, hoc pacto: qui nūc nō videt coriſcū, ⁊ phantaſma ſpeculat̃ vt coriſci imaginem, hic eſt alia paſſio ⁊ rō huius ſpeculationis ab ea ſubaudi: qua ſpeculamur imaginez coriſci, vt rem: ⁊ quoddā intelligibile, veluti quādo aīal pictum cōſideramus in aīa, alia rōne fit, cū conſideratur, vt intellectuz ſolum, ⁊ alia, quādo ꝯſideramus ipm, vt imago. Prima enī cōſideratio non attinet ad memoriā. Sed ſecūda eſt memoriale rei abſentis. ¶ Ex his vult habere ſolonez, vna enim met apphenſio eſt recordatio, ⁊ apprehenſio: cognitio enī phantaſmatis, vt phātaſma eſt vnū ſenſibilium vel intelligibilium apprehenſio eſt, vt eſt imago rei, eſt memoria ⁊ recordatio rei abſentis.

¶ Et ob id cuz ſenſio que pceſſi, tales motus in aīo noſtro excitat: plerūqz neſcimus ſenſune an alia ratione idipſuz proueniat, ⁊ nonnunq̄ heſitamus ſi ſit memoria necne.

¶ Et ob hoc aliqn̄ neſcimꝰ, factis nobis in aīa hmōi motibus ab eo ꝙ prius ſenſimus: ſi ſm ſenſationez accidit, ⁊ ſi eſt memoria an nō dubitamus quandoqz.

Cōmētarium ¶ Ex ſolōne aſſignata Ariſtoteles ſoluit pblema pp quid eſt, vt ea que quis meminit, aliqn̄ meminiſſe ſe neſciat, hoc pacto exponit Themiſtius. Solet eniz accidere, vt id qō memoria tenemus, plerūqz neſciamus vn̄ acceſſerit, ſenſu ne an alia rōne. Speculātibꝰ enim nobis, occurrūt aliq̄ que neqz qn̄, neqz in quo loco, neqz a quo didicerimus, venire pōt in mētem, vn̄ fit, vt ſepe dubitemus, an inuenerimus ipſi ea: an a docēte aliquo acceperimus, vn̄ dicit. Et ob hoc aliqn̄ neſcimus, factis nobis in aīa hꝰ motibus phātaſticis ab eo qō prius ſenſimus: vtrum ſi ſm ſenſationez accidant, ⁊ non ſit memoria ab alijs derelicta, ⁊ ſi eſt memoria an nō dubitemus qn̄qz: ⁊ tota cauſa eſt, qm̄ nō attēdimus ad phātaſma, vt imago eſt: ſed, vt quoddam inuentum ⁊ intellectum per nos, vz, vt animal, vel tale quid.

¶ Interdū aūt euenit: vt cogitādo ſcrutādoqz recordemur prius a nobis qppiā auditum, aut viſum fuiſſe. Quod euenit: quoties q phātaſma aliqō ita ꝯſiderabat vt nihil pterea niſi ipm illō in ſe contemplaretur, mutata ſentētia vt ſimulacrum alterius eſt, ſpeculatur.

¶ Aliqn̄ autē accidit: intelligere ⁊ reminiſci ꝙ aliqd audiuimus prius, aut vidimus. Hoc aūt contingit: cum ſpeculans tāq̄ ipſum, permutatur ⁊ conſiderat tāq̄ alterius.

Cōmentarius ¶ Scdm pblema eſt, pp qd aliqn̄ accidit vt ſimul aliqd intelligamus, ⁊ recordemur: ac reminiſcamur. Interduz eniz didicimus aliqd, ⁊ obliti fuimus, deinde contingit vt ſimul illud iterū intelligamus, ⁊ reminiſcamur, ꝙ olim didicimꝰ, ⁊ a quo, ⁊ qn̄, ⁊ in quo loco. Nullus enim eſt, cui res hec aliqn̄ non euenerit. Soluit Ariſtoteles, ⁊ dicit. Aliqn̄ aūt accidit, intelligere aliqd ⁊ reminiſci ſimul, ꝙ illud audiuimus prius, aut vidimus. Cauſaz affert, ⁊ dicit. Hoc autē ꝯtingit, cū ſpeculans tāq̄ ipſuz in ſe, mox permutat̃ ⁊ cōſiderat ipz tāq̄ imaginem alterius: ⁊ ſic quaſi ſimul hec facit.

¶ Eſt quando ⁊ ꝯ accidat: queādmodū Antipherōti Oreite, ceteriſqz qui exceſſu mētis tētabant̃, contigit. naz que imaginabant̃: tāq̄ facta ⁊ geſta narrabāt, ⁊ ita vt qui meminiſſent. Atqz hoc fit: vbi quis id quod non eſt imago, ſpeculatur vt imaginem.

¶ Fit aūt aliqn̄ ⁊ ꝯriuz: vt accidit Antipherōti Orite, ⁊ alijs ecſtaſin paſſis. phātaſmata enī dicebant: vt facta, ⁊ vt qui meminiſſent. Hoc autem fit: cum aliquis nō imaginem tāq̄ imaginem conſiderat.

Cōmentarius ¶ Tertiū pblema eſt, ppter qd accidit aliqn̄, vt ea, que nō fecimus, recordemur feciſſe: vel credamus feciſſe, ⁊ recordari dicamus feciſſe. Eſt enī pblema hoc ꝯrium, vz, vn̄ fit, vt ea que qs imaginat̃, fingitqz, aliqn̄ meminiſſe ⁊ recordari ſe putet. Hoc pacto exponit Themiſtius. vn̄ dicit. Fit autem aliquādo ⁊ cōtrariū, naz ea que imaginant̃, meminiſſe ac recordari ſe putāt: vt accidit Antipheronti Orite, ⁊ alijs q̄plurimis, qui ecſtaſim paſſi ſunt. Hi enī que imaginant̃, putant ſe recordari. Sumpſit aūt ecſtaſim iproprie p mētis alienatiōe, vt libro de ſomno dicemus. Iſti enī phantaſmata, ⁊ que imaginātur dicebāt, vt facta, ⁊ pdicant, vt qui meminiſſent. Aſſignat cām, ⁊ dicit. Hoc enī fit, cum aliquis imaginē, nō tāq̄ imaginem conſiderat, ſed vt quoddaz intellectum vel ſpeculamen.

¶ Porro meditationes, recolendo memoriaz cōſeruant incolumēqz reddunt. Recolere aūt: nihil aliud eſt, q̄ crebro phantaſmata vt imagines, nō vt in ſe ſpectra ſunt, reſpicere.

¶ Meditatiōes aūt: memoriam ſaluāt reminiſcēdo. Hoc autē: nihil aliud eſt q̄ ſpeculari ſepe vt imaginem, ⁊ non vt ſm ſe.

Cōmentarius ¶ Quartū pblema eſt, ppter qd meditatiōes frequētes memoriaz ſaluat reminiſcendo: atqz recolēdo. vn̄ dicit. Meditationes aūt memoriā ſaluant, reminiſcēdo: exponit rōnez, ⁊ dicit. Hoc aūt. ſ. meditari nihil aliud eſt q̄ ſpeculari ſepe phātaſma vt imaginez, ⁊ non, vt ſpeculamen ſm ſe, ex frequenti enim hac phantaſmatis meditatione memoria ſeruat̃. Ex frequētatis enim actibus generat̃ habitus.

¶ Dictum eſt igit̃ qd ſit memoria, quid meminiſſe: habitus. ſ. phātaſmatis vt imagis eiuſce rei que imaginationi ſubdit̃. necnō cui earum que ſūt in nobis aīe partiū tribui debeat: nēpe illi q̄ ſibi primariā ſentiēdi poteſtatē vendicat, queqz nobis ſenſuz notitiāqz tpis inuehit.

¶ Quid igit̃ eſt memoria ⁊ meminiſſe dictum eſt: qm̄ phātaſmatis vt imaginis cuius phantaſma habitus. ⁊ cuius particule earū q̄ in nobis: q: primi ſenſitiui, ⁊ quo tp̄s ſentimus.

Cōmentarius ¶ Nunc epilogat, ⁊ breuiter memoriā definit: ⁊ dicit. Quid igit̃ eſt memoria ⁊ meminiſſe, dictū eſt. Eſt enim memoria habitus, firma q̄dam cōſeruatio phātaſmatis, non qdē ſm ſeipſuz, ſed vt imaginis eius rei: cuius eſt phantaſma. vnde Themiſtius dicit. Memoria eſt habitus quo imagines rerum poſt impſſionē cuſtodiunt̃ ac retinentur, vt imagines ſunt. Preterea dictū eſt earū particularū que nobis inſunt cuius eſt memoria, nā dictum eſt ꝙ memoria eſt pmi ſenſitiui, inquātuz per ipſum cognoſcimus tempus. Hec Ariſtoteles ſcribit de memoria. ¶ Ex his que Ariſtoteles dixit breuiter, col-

ligi poteſt, ꝙ bonitas vel malitia memorię aliqñ ꝯtingit ex parte motus vel q̄etis ſenſoꝝ: in quo phantaſmata imprimūtur, naꝫ cum in ſenſorio phantaſmatū impſſio facta eſt, ⁊ partes illius fluūt, ac refluunt, fluxus hō turbat, vel delet impſſionem illoꝝ. Motus autē aut fluxus ſenſoꝝ aliquādo ꝓuenit, ob paſſionē, vt ęgrotis, ebrijs, iratis, ⁊ id genus, aliqñ ob ętatem, vt in paruis, qui multuꝫ creſcunt, ⁊ decrepitis, qui multū diminuunt̄. Aliquādo vō ex parte cōplexionis, cōplexio eni ſenſoꝝ ſicca ac dura impſſionem non permittit, humida vō ac mollis, ꝑmittit quidē impſſioneꝫ: non tñ detinet, qa vō ſenes duriuſculi ſunt, pueri molles, ſenes nō recipiūt, illi nō retinent. Aliqñ ex pte appħēſionuꝫ ſeu meditationū, quę poſſunt memoriaꝫ firmare, aut fortiter imprimēdo, vt in pueris, p̄mę meditationes (vt dictuꝫ eſt) aut frequēter imprimēdo, ex frequētatis eniꝫ actibꝰ generant̄ habitus: qui eſt memoria. hinc fit, vt decrepiti bñ recordent̄ antiqua, qm̄ ſępius circa illa vel illis ſimilia ꝯſiderauerunt. Male auteꝫ noua: qm̄ illis impſſio nō facile fit, ꝑꝑ duritiem: ac ſiccitatem ſenſoꝝ: veluti nec in pariete ſeniori fieri pōt impſſio. Hęc ſūt, q̄ de memoria Ari^les^ tradit.

Reliquuꝫ eſt: vt de reminiſcentia ſiue recordatione dicamus. Primuꝫ igit̄ quę in aggreſſorijs ſermonibus vera ſunt, ea pro veris habeamus oportet.

De ipſo reminiſci autē: reliquū eſt dicē. Primuꝫ igit̄ q̄cūqꝫ in argumentatiuis rōnibꝰ vera ſunt: oportet ponere vt exiſtentia.

Cōmentarium. Cū diriſſet de memoria ⁊ meminiſſe: nūc ꝓponit dicere de reminiſcētia ⁊ reminiſci: ⁊ ꝓponit intētionē ſuam ſic dicēs. De ipſo reminiſci aūt, ⁊ ſubaudi reminiſcētia, reliquuꝫ eſt dicere. Hęc eſt intentio. Deinde pro executione huiꝰ intentionis, quę ſupponēda ſint, accipit, ⁊ dicit. Primū igitur per huius intētiōis executiōe, quęcūqꝫ in argumētatiuis rationibꝰ vera ſunt, opꝫ ponere vt exñtia. Et per argumentatiuas ratiōes Themiſtius q̄ōnes populariter ab Ari^le^ ſcriptas intelligit, in q̄bus dixit quędaꝫ de reminiſci ac reminiſcentia, quę nūc reſumens, vult eē ſupponēda tāq̄ꝫ exiſtentia. Quę vō ſint q̄ōnes iſtę ab Ariſtotele populariter ſcriptę, non legimus. Themiſtius autem legit.

Reminiſcentiaꝫ ſcilicet nō eſſe reſumptionē memorię, neqꝫ item aſſumptionem.

Non eni eſt memorię reſumptio, reminiſcētia: neqꝫ acceptio.

Cōmentarium. Nunc ſm̄ Themiſtiū, explicat, quę ſint ea: quę de reminiſci in q̄ōnibus populariter ſcripta ſint, ⁊ ſunt duo. p̄mū q̄dem ꝙ reminiſcētia non ſit reſumptio memorię. 2^m^ vō, ꝙ reminiſcētia non ſit diſciplinę aſſumptio: ⁊ per reſumptionē memorię, vt arbitror, intelligit reſumere memoriaꝫ, non interuēta obliuione. Qui eni reſumit memoriā, iteruꝫ accipit, q̄ꝺ retinuit, nulla interuenta obliuione.

Naꝫ cū q̄s primū diſcit, aut notitia rei ībuit: neqꝫ reſumit memoriam vllam (nulla eniꝫ antegreſſa eſt.)

Cū enim primum addiſcit, aut patitur: nō reſumit memoriā vllā (nulla. n. añ facta eſt.)

Cōmentarium. Anteq̄ꝫ illa duo, quę accepit a q̄ōnibus populariter ſcriptis, exponat, ⁊ ꝓbet, oſtendit eē differētiam inter addiſcere, q̄ꝺ eſt diſciplinā ſumere, ⁊ memoriā reſumere. ⁊ dic. Cū enim q̄s primū diſcit. ſ. itellectu, aut patitur. ſ. a ſenſibili ſenſum: nullam reſumit memoriam: quoniam (vt inq̄t) nulla diſciplina, aut ſenſatio ante facta eſt, ⁊ ſic diſcere nō eſt memoriam reſumere.

Neqꝫ deintegro aſſumit. qa tuꝫ demum memoria dr̄ eē: cum iā factus corroboratuſqꝫ fuerit habitus, aut certe affectus. Unde fit: vt memoria non ſimul cum affectu fiat.

Neqꝫ a principio accipit. cū enim factus fuerit habitus, aut paſſio: tūc memoria eſt. Quare: cuꝫ paſſione quę fit, non inſit.

Cōmentarium. Secūdo oſtēdit eōꝛio, ꝙ reſumens memoriā, vel cōmemorans nō p̄mo diſciplinā accipiat, ⁊ hoc proponit, ⁊ dicit. Neqꝫ ſubaudi cōtra reſumēs memoriā vel cōmemorans ex principio diſciplinā accipit, ꝓbat, qm̄ tunc memoria eſt, cū factus fuerit habitus, aut paſſio: quare, vt cōcludit, cum paſſiōe quę fit, hoc eſt cū ipſa diſciplina quę eſt paſſio: quę nūc p̄mo fit, memorię reſumptio nō fit, ergo reſumens memoriā, ac cōmemorans, nō p̄mo diſciplinā accipit.

Itē cuꝫ primū affectio facta eſt: in vltimo illo momēto, affectio quidē ⁊ ſcientia, ſi tñ affectionē aut habitū ſciētiaꝫ appellare liceat, in re affecta iā ineſt, memoria vō haudquaq̄ꝫ. Nihil tñ vetat: quominus quędam ex ijs quę ſcimus, per accidēs meminiſſe dicamur. Quāq̄ꝫ meminiſſe per ſe nō poſſumus: anteq̄ꝫ ſpatiuꝫ aliquod temporis interlapſum ſit. ſiquidē nūc eius rei memini quā prius audiui, aut vidi, aut aliquo ſenſu cognoui: ⁊ non quam nunc ſenſi, eius nunc memini.

Cōmentarium. Adhuc aūt cū primuꝫ facta eſt: in indiuiduo ⁊ vltimo, paſſio q̄deꝫ ineſt iaꝫ patienti ⁊ ſcia, ſi opꝫ vocare ſciam habituꝫ aut paſſioneꝫ. Nihil autē ꝓhibet: ſm̄ accidēs meminiſſe quorūdam quę ſcimus. Meminiſſe autē ſm̄ ſe: non eſt ante factū tēpus. meminit eniꝫ nunc q̄ꝺ audiuit, aut vidit, aut paſſus fuit prius: non quod nunc paſſus eſt, meminit nunc.

Cōmentarium. Tertio oſtēdit, ꝙ in inſtāti in quo nūc p̄mo ſcia vel diſciplina facta eſt, nō fit tūc memoria, niſi per accñs: per ſe aūt nequaq̄ꝫ. Si eni nūc p̄mo ſcia facta eſt in me, per accñs cōtingit fieri memoriā aliquoꝝ, quę prius nouimus: nō auteꝫ oīum, quoꝝ ſcia nunc p̄mo in me facta eſt, qm̄ fieri pōt, vt illa ſciētia nūc p̄mo facta ſit partim ex aliq̄bus, quę p̄us ſciuimus: ⁊ nunc recordamur, ptim ex aliq̄bus de nouo nūc p̄ auditis, aut inuētis: ⁊ ſic ſcia nūc primo facta eſt, ⁊ tñ ꝑ accidēs cū ꝯtingit fieri memoriā: per ſe aūt nō cōtingit, qm̄ per ſe memoria nō fit, niſi ſpatiū aliq̄ꝺ tēporis interlapſum ſit. ¶ Quo vō ad expoſitionē textus attinet, aiaduerte, ꝙ in 6° phyſicoꝝ p̄mū inſtās eē rei, Ari^les^ appellat vltimū motus, ⁊ gn̄ōnis, qua illa res fiebat, vltimū dico ꝑ excluſionem, vt Themiſtius inuit 6° phyſicoꝝ. Ultimū eni inſtās generatiōis ignis, eſt p̄mū inſtās ignis geniti, ⁊ vltimū ꝑ excluſionem eius gn̄ōnis, ꝑ quā fiebat. Tūc lege vba. Adhuc auteꝫ cuꝫ primū facta eſt ſcia vel diſciplina, dico p̄mū facta eſt. ſ. in indiuiduo, h̄ eſt in inſtāti ⁊ vltimo. inſtās eni vbiqꝫ indiuiduū tp̄is appellat. Dico vltimo ꝑ excluſionē, q̄ꝺ eſt p̄mū rei: cū inq̄ā nunc primo ſcia vel diſciplina facta eſt, paſſio q̄deꝫ ineſt iā patiēti ⁊ ſcia: ⁊ ꝑ ſe ſubaudi tūc non fit memoria. Dico paſſio ⁊ ſcia, ſi opꝫ vocare ſciam habitū aut paſ

Ayuntamiento de Madrid

ſionē,qꝛ̃ de hoc eſt qđ 6° ethicoꝝ.verū nunc nō faciamus vim in v̄bis,⁊ vocemus ſciam vel diſciplinā habitum/vel paſſionē.Dico ꝙ in h̄ p̄mo inſtāti in quo ſcia facta eſt,non fieri memoriā per ſe,qm̄(vt ingt)nihil ꝓhibet ſm accidēs eoꝝ,quę nūc ſcimus aliq̄ meminiſſe,quatenus hęc ſcientia nūc p̄ facta,accidit,vt facta ſit partim ex his quę nūc recordamur,partim ex his nūc iuenim⁹ vel audimus,ſed in hac facta ſcia,quę nūc p̄mo facta eſt ſm ſe nō eſt ante factū tēpus,hoc eſt anteq̄ꝫ ſpatiū aliqđ tēporis interlapſuꝫ ſit.nam per ſe ⁊ ꝓprie illud eſt nūc meminiſſe,qđ pars audiuit,aut vidit,non qđ nūc aliquo ſenſu paſſus eſt,meminit nūc.ḡ ꝑ accn̄s cū ſcia nunc p̄ facta,eſt memoria,quatenus accidit illaꝫ eē nunc p̄mo factā ex aliqb⁹ quę nūc meminit:⁊ aliqb⁹ quę quis nūc audit vel iuenit,ꝑ ſe autem nō eſt meminiſſe cū ſcia nūc facta:qm̄ poteſt eſſe aliqua ſcia ex toto nūc primo eē facta:⁊ nihil meminiſſe.Hęc de dr̄ia iter reſumptionem memorię/⁊ aſſumptionē diſciplinę aut ſcientię.

Pręterea manifeſtū eſt fieri vt qui nūc non reminiſcit̄:meminerit,ſi denuo ſentiat,aut doceatur qđ ſit oblitus.

Amplius manifeſtuꝫ eſt ꝙ meminiſſe eſt:nō nunc reminiſcentem,qui a principio ſentit,aut patitur.

Cōmentariuꝫ

Cū declarauit dr̄iaꝫ inter memorię reſumptionē,⁊ aſſumptionē diſciplinę.In parte iſta declarat,ꝙ reminiſcēs non eſt,qui meminit,vel qui memoriaꝫ reſumit,⁊ lege ſic.Amplius aūt manifeſtū eſt,ꝙ reminiſcēs nūc,qui a p̄ncipio ſentit,aut patitur nō meminit,vel nō reſumit memoriam:hoc eſt nō eſt qui reſumit memoriā.q.d.manifeſtum eſt,ꝙ nūc reminiſcentē,qui qdeꝫ reminiſcens olim a principio ſenſit aut paſſus eſt diſciplinā,nō eſt,hoc eſt/nō ꝯtingit meminiſſe:qm̄(vt Themiſtius ſupplet)meminiſſe eſt ſine vlla interuentiōe obliuionis,reminiſci cuꝫ obliuionis interuētione.Ergo reminiſci,nō eſt meminiſſe.Qr autē reminiſci non ſit ſenſus,aut diſciplinę acceptio,vt ꝓpoſuit,non probat,ſꝫ tāq̄ꝫ manifeſtū derelinqt ex dr̄ia inter aſſumere diſciplinā,⁊ reſumere memoriā,vt bene Themiſti⁹ aiaduertit.Si.n.diſciplinari nō eſt meminiſſe:nec econtrario:etiā reminiſci nō erit diſciplinari:nec ecōtrario:nō eni eſt reminiſcētia/ſine aliqua p̄teritoꝝ memoria.Habemus igit̄ duo,ꝙ reminiſci non ſit diſciplinari:neq̄ꝫ ſit meminiſſe.Et ſic habet̄ qd non eſt reminiſci.

At quoties quaꝫ prius tenebat ſciaꝫ,aut ſenſuꝫ,aut deniqꝫ qđuis aliud cui⁹ habitū eē memoriā diximus,iaꝫ pene interlituꝫ obſoletūqꝫ recolēdo inſtaurat ⁊ quaſi poſtliminio reuerſum tractat verſatqꝫ:tum ⁊ hoc quoqꝫ alicui⁹ eorum quę dicta ſunt reminiſci eſt.

Sed cū reſumit quā prius habuit ſciam,aut ſenſuꝫ,aut cuiuſcūqꝫ habitum memoriam diximus:hoc eſt ⁊ tunc reminiſci eorum quę dicta ſunt,aliquid.

Cōmentariuꝫ

Cuꝫ declarauit,qd non eſt reminiſci/qm̄ neq̄ꝫ meminiſſe,neq̄ꝫ diſciplinari aut ſentire:nūc exponit qd eſt,⁊ primo ſumit qd eſt genus ipſius reminiſci,⁊ dicit.Qr reminiſci ſit reſumere ſciam vel ſenſum,quē quis prius accepit,nō auteꝫ cōtra,oē reſumere ſciam vel ſenſuꝫ/quem qs prius habuit,eſt reminiſci:per quę vult hr̄e reſumere habitū vel ſenſum prius acceptū eſſe genus ipſi⁹ reminiſci.Tria ḡ facit Ari^les/qm̄ p̄mo ſumit,ꝙ reminiſci ſit reſumere ſenſuꝫ vel ſciētiaꝫ prius habitā.⁊ dicit.Sed cū quis reſumit ſciam,quā quis prius habuit,aut ſenſuꝫ,aut id,cuiuſcūq̄ꝫ habituꝫ memoriā diximus,hoc eſt reminiſci,⁊ tunc eſt reminiſci aliqd eoꝝ,q̄ dicta ſunt.Sic igit̄ vult habere primuꝫ.ſ.ꝙ oē reminiſci ſit reſumere ſciētiaꝫ/aut habitū,aut ſenſum,ad id,cuiuſcunq̄ꝫ memoriā diximus eē:⁊ per hęc dat intelligere gen⁹:vt poſtea dicemus.¶ Quo v̄o ad v̄ba attinet,dixit reminiſci eē ſciam reſumere,qm̄ reminiſcentia eſt ⁊ ſenſibilium,⁊ ſcibilium.dixit aut ſenſuꝫ,vt notaret reminiſcentiā eſſe etiā eoruꝫ:quę exterioribus ſenſibus vidimus,aut audiuimus,dixit,aut cuiuſcunq̄ꝫ habitū memoriam diximus/vt notaret,reminiſcentiam eſſe etiam phantaſiabiliuꝫ,vel opinabiliū:quorum memoriam eſſe diximus.

Accidit tamen vt reminiſcentiam,memoria:⁊ reminiſci,meminiſſe comitetur.

Ipſum meminiſſe autem accidit ⁊ memoriam ſequi.

Cōmentarium

Scōm qđ Ari^les oſtendit,eſt,ꝙ ipſam reminiſcentiaꝫ comitetur memoria:ipſuꝫ reminiſci cōcomitetur meminiſſe.Nō eni pōt eſſe reminiſcētia,oībus,quę memoria habebātur,deletis,nec pōt eſſe reminiſci niſi aliquoꝝ ad minus,q̄ memoria tenebam⁹ meminerimus.Ad memoriā eni reqritur memoria aliquoꝝ eoꝝ:quę prius accepimus,vn̄ dicit.Sed ipſuꝫ meminiſſe ad reminiſci,⁊ memoriā ſequi ad reminiſcentiā accidit.q.d.ꝙ accidit vt reminiſcētiaꝫ memoria:⁊ reminiſci meminiſſe comitetur.

Neq̄ꝫ cōtinuo fit vt ſimpliciter illa,ſcientiam dico,ſenſum,⁊ ſi quid eſt eiuſmodi,ſi prius in aīo fuerint,rurſus in mentē redire ⁊ inſtaurari debeāt:ſed cōtra,quādoqꝫ reſtituūtur animo,quādoqꝫ ab eodē perpetuo exulāt.nā ⁊ vt iterum diſcat,⁊ iterum inueniat idem eandē ſciētiam:vulgo contingere ſolet.

Neqꝫ itaqꝫ hęc ſimpl'r,ſi ante extiterint,iterū fiunt:ſed eſt vt,eſt aūt vt nō.bis eniꝫ diſcere ⁊ inuenire contingit eundem,idem.

Cōmentariuꝫ

Tertiuꝫ qđ oſtendit eſt,ꝙ lꝫ reminiſci ſit reſumere ſciaꝫ,aut ſenſuꝫ,non tn̄ cōtra oīs,qui reſumit ſciētiaꝫ aut ſenſuꝫ/reminiſcit̄:qm̄ ꝯtigit ideꝫ bis ſcire ⁊ idē bis ſentire,per quę dat intelligere,ꝙ reſumere ſciētiā vel ſenſuꝫ non interuētu obliuionis penitus,hoc ſit reminiſci,ergo reſumere ſciētiā vel ſenſuꝫ eſt in plus q̄ꝫ reminiſci:⁊ ſic eſt veluti gen⁹.vnde dicit.Neq̄ꝫ itaq̄ꝫ hęc ſimpl'r,ſi ante extiterint,⁊ penit⁹ obliuioni ſint mandata:⁊ iteruꝫ fiant,⁊ reſumant̄,ſubaudi ſunt reminiſci,ſed eſt,hoc eſt,ſed cōtingit vt ſic,illa eſſe reminiſci.ſ.interuētione nō totalis obliuionis,eſt auteꝫ vt non ſint reminiſci.ſ.interuētione totalis obliuionis,cām affert,quoniā eūdem hoīem contingit bis diſcere,et īuenire,vtputa:qm̄ prius didicit,⁊ penitus eſt oblitus,poſtea iterum diſcit.Hoc eni iteruꝫ diſcere nō eſt reminiſci:per quę vult ad ipꝫ reminiſci requiri memoriā aliquoꝝ.Tres eni actus ad ipꝫ reminiſci,vt poſtea dicemus,requiruntur.Primus eſt memoria aliquoꝝ,quę prius accepit,nō tamē oīum.Scđs eſt diſcurſus,ſeu negociatio ex illis aliqbus:quę memorię remanſerūt,ad illud,qđ quęrimus recordari.Tertius eſt inuētio illius,qđ quęrimus recordari:qui v̄o hoꝝ actuuꝫ ſit reminiſcētia:⁊ an reminiſci ſit oēs hi actus,poſtea dicem⁹:nunc aūt illud ſit dictum,ꝙ iterū diſcere nō eſt reminiſci.

Reminiſcētiā igitur ab inuētione ⁊ diſciplina,differre oportet:⁊ qui reminiſcit̄ mai⁹ principium intus habere,q̄ꝫ qui diſcit aut iuenit.

¶ Opꝫ igiť differre reminiſci,ab his:⁊ inexſite pluri pꝛicipio ꝙ ex quo addiſcũt,reminiſci.

Cōmentariuꝫ ¶ Ex his ꝯcludit per modũ epilogi,ꝙ opꝫ ipſum reminiſci differre ab his.ſ.ab iterato inuenire,⁊ iterato diſcere,⁊ hoc pro tãto/qm̃ ipſi reminiſci ineſt maius pꝛincipiũ/ꝙ id,ex ꝗ addiſcunt,qui diſcũt,qd autẽ ſit iſtud maius pncipium,qꝺ ineſt ei,qui reminiſciť,ꝙ ſit pꝛincipiũ qꝺ ineſt ei:qui diſcit, poſterius Ariles exponet.vñ Themiſtius,dixit maius,qꝛ tã qui diſcunt,ꝙ qui inueniunt,certũ initiuꝫ ac ſeminarium in/tra ſe gerũt,qm̃ oĩs doctrina ex aliqua pnotione fit.

¶ Fit aũt reminiſcẽtia:cũ motus aĩe ita ſe hñt vt alter ſubinde poſt alterũ fieri natus ſit.

¶ Contingũt aũt reminiſcentię:quoniaꝫ aptus natura eſt hic motus fieri poſt hunc.

Cōmentariuꝫ ¶ Poſtꝙ declarauit quid ſit reminiſci,⁊ a qbꝰ differat,nũc vult dare moduꝫ,quo reminiſcimur,⁊ cauſaꝫ:⁊ ſumit,ꝙ in omni reminiſci quędã ſimulacra ſequunť quędam neceſſa/rio:⁊ quędam ex aſſuefactione:⁊ hęc eſt expō Themiſtij:⁊ dicit.Cōtingunt autẽ reminiſcẽtię,qm̃ vnus motus nã aptꝰ eſt fieri poſt hũc,⁊ per motũ impſſionẽ ſimulacri intelligit, ita vt ſit ſenſus,reminiſcẽtię fiunt,qm̃ vna ſimulacri impſ/ſio apta eſt fieri poſt alterã.Eſt ergo ſuppō,ꝙ in omni re/miniſci opꝫ,vt altera ſimulacra impſſio fiat poſt alteraꝫ.

¶ Naꝫ ſi neceſſario vnus alterũ conſequio tra/hat:palã eſt ſimulatqꝫ ille mouerit eã,hũc mo/turũ.ſi vo nõ neceſſario,ſed ex cõſuetudine al/ter inſequať:maioꝛi ex parte mouebit. Contin/gitqꝫ:vt quidã ſemel permoti magis aſſueſcãt, ꝙ alij ſępius.Et iccirco:quoꝛundam quę ſe/mel viderimus,facilius ꝙ alioꝛuꝫ quę ſępicu/le,meminiſſe ſolemus.

¶ Si eniꝫ ex neceſſitate:manifeſtuꝫ eſt qꝺ cum motus fuerit illo,hoc mouebiť.ſi autẽ non ex neceſſitate,ſed ꝯſuetudine:vtplurimuꝫ moue/biť.Accidit autẽ:quoſdã ſemel cõſueuiſſe ve/lociꝰ,ꝙ alios ſępe motos.Vñ:qdaꝫ ſemel vi/dẽtes magis meminimus,quã alia ſępe.

Cōmentariuꝫ ¶ Declarat ſuppōnẽ,dictum eſt eniꝫ in omni reminiſcentia vnã ſimulacri impſſionẽ fieri poſt alterã:nunc oſtẽdit alte/ram impſſioneꝫ fieri poſt alterã eſſe bifariaꝫ,aut necĩo,aut ex aſſuefactione.ideo dicit.Si eni ex neceſſitate altera im/pꝛęſſio fit poſt alterã,manifeſtũ eſt,ꝙ cũ aliqs fuerit motꝰ illo ſimulacro:ac phãtaſmate,hoc altero mouebiť ad illud cõſequente.Vbi cauſa.Si aliquis eſt motus a phãtaſmate hoĩs,neceſſario mouebiť a phãtaſmate aĩalis,⁊ conſequen/ter coꝛpoꝛis,vſqꝫ ad vltimũ.Themiſtius autẽ exẽpluꝫ po/nit magis ad ppoſituꝫ,Vbi grã.incidat mihi aliquando ob oculos coꝛiſcus cuꝫ lyra,ab eo tẽpoꝛe ſimulacruꝫ coꝛiſci,et ſimulacruꝫ lyrę impſſuꝫ ⁊ conſignatum in animo eſt:hono poſt tẽpoꝛe video ſocratẽ inſtitui lyra,⁊ fidibus canere,ita ſtatim fit/vt lyra coꝛiſci mihi veniat in mentem:⁊ coꝛiſcus, qui cecinit.Deinde declarat quę impſſio alteraꝫ ſequať nõ neceſſario:ſed vt in pluribus.⁊ dicit.Si aũt non ex neceſſi/tate,ſed cõſuetudine altera ſimulacri impſſio ſequitur alte/rã,animus nõ neceſſario,ſed vt in pluribꝰ mouebiť.Addit tamẽ,ꝙ non in oĩbus alteraꝫ impſſioneꝫ ſequi alteram eſt ęqualiter cõſuetuꝫ:quoniã in quibuſdã ſemel alteram alte/rã ſequi eſt velocius ⁊ magis:ꝙ eſt alios ſępe fuiſſe motos, ſicut quędã ſępe videntes meminimus magis ꝙ alia ſępe: vtpote ſi quę ſemel vidimus maioꝛeꝫ impſſioneꝫ fecerũt, vt ſi erant noua,⁊ admirabilia.Sũpſit eniꝫ illaꝫ particulã [vnde]pꝛo veluti.¶ Quo vo ad vba attinet,aĩaduerte:vt Themiſtius dicit,ꝙ accidit ſępe,vt volentes reminiſ.i il/lius vbi lupcalia.Ex ꝯſuetudine loco eius accipe in arte re/miniſcẽdi lupuꝫ,naꝫ dictio lupus/a lu/incipit,veluti luper/calia:habita vo pꝛima ſyllaba lu/ſtatim reminiſcimur ver/buꝫ lupercalia.Alij volentes reminiſci taurominiũ aſſue/uerunt in nomen tauri.Alij volẽtes reminiſci illiꝰ vbi pleu/rites,qui lateruꝫ doloꝛ diciť,aſſueuerũt in nomẽ lateris:qm̃ ergo id in qꝺ aſſueuerũt,eſt valde ſimile,vna aſſuetudo ef/ficacioꝛ eſt,ꝙ multę in his,quę nõ habẽt tantaꝫ ſimilitudi/neꝫ.Et hoc dicit Ariles,accidit autẽ ſemel quoſdam motos ab vna impſſione poſt alterã,velocius ⁊ magis eẽ motos, ꝙ alios fuiſſe ſępe motos ab altera poſt alteraꝫ:qm̃ pꝛimi fuerũt magis moti ꝙ alij:vñ hoc eſt,veluti quędam ſemel vidẽtes,magis meminimus ꝙ alia ſępe videndo:qm̃ fece/runt foꝛtioꝛeꝫ impſſioneꝫ.Hinc concludit Themiſtiꝰ aliqs facilius recoꝛdari,quę vice ſimplici viderint ꝙ ꝗ cẽties.

¶ Cum ergo reminiſcimur:qbuſdaꝫ antegreſ/ſis motibꝰ mouemur,quouſqꝫ eo moueamur poſt quem ille ſequi conſueuit.

¶ Cũ igitur reminiſcimur:mouemur ſm quẽ/dam pꝛimoꝛum motuum,quouſqꝫ vtiqꝫ mo/ueamur,poſt quem ille conſueuit.

¶ Hac ſuppōne ſtanti,Ariles vult cõcludere bꝛeuibꝰ artem reminiſcendi:quã nõnulli arteꝫ memoꝛandi appellãt. Ars autẽ colligitur ex mõ,quo reminiſcimur,ideo dat moduꝫ, ⁊ pmo cõcludit euꝫ qui reminiſciť moueri quibuſdam pꝛi/mis impſſionibus vſqꝫ ad eaꝫ,ad quã ſeqtur illa,cuiꝰ remi/niſcentiaꝫ quęrit,⁊ dicit,Cũ igitur reminiſcimur,mouemur ſm quẽdam motũ de numero pmoꝝ motuum,cuiꝰ in pꝛō/ptu memoꝛiaꝫ habemus:quouſqꝫ vtiqꝫ moueamur eo mo/tu ac impſſione,poſt queꝫ motuꝫ ac impſſionem ille cõſue/uit,hoc eſt(vt Themiſtius exponit)poſt queꝫ,ille.i.remi/niſcentia ſequi ſolet.ſ.aut ex aſſuetudine,⁊ exercitatiōe,aut ex neceſſitate. Cōmentariuꝫ

¶ Quocirca ⁊ ex hoc nunc,aut alio quodã ini/tio ſeriem ſequelãqꝫ venamur:⁊ a ſimili,aut cõtrario,aut finitimo.Et ob id:recoꝛdatio fie/ri aſſolet.motus eniꝫ quoꝛũdam ex his,ijdem ſunt:quoꝛũdam ſimul fiunt,quoꝛũdã alter al/terius partem obtinent cõnexiqꝫ ſunt adeo vt reliqua pars quę illam ſequatur exigua ſit.

¶ Unde ⁊ qꝺ cõſequenter eſt venamur,medi/tantes ab ipſo nunc aut alio aliquo:⁊ a ſilĩ,aut cõtrario,aut pꝛopinquo.Propter hoc:fit re/miniſcẽtia.motus enim hoꝝ:alioꝛum quidem ſunt ijdem,alioꝛum autem ſimul,alioꝛum aũt partem habent.quare reliquum:paruum eſt, qꝺ motum eſt poſt illum.

¶ Hinc cõcludit reminiſcentiã induci in nobis triplici mo/do(vt Themiſtius exponit)aut a ſimili,aut a cõtrario,aut a ppinquo:vñ dicit.Unde ⁊ qꝺ conſequenter eſt,venamur reminiſcẽdo meditantes ab ipſo nunc,aut ab aliquo alio.ſ. pꝛincipio:⁊ Themiſtius(ſi recte intellexi)intelligit,ꝙ cuꝫ reminiſcimur,mouemur ab ipſo nũc/hoc eſt ab eo pꝛinci/pio,qꝺ nunc nobis occurrit,aut ab aliquo alio pncipio qc/quid illud ſit.Alij exponũt aliter,⁊ bene dicũt,ſed expō eſt obſcura.Ariles eniꝫ nihil aliud intẽdit:niſi,ꝙ qui reminiſci/tur,moueri debeat aut a pꝛincipio qꝺ eſt ſibi nũc occurrẽs, Cōmentarium

aut ab

Ayuntamiento de Madrid

aut ab aliquo alio ab ipſo ficto: quod eſt tribus modis, aut ſimile, aut contrarium, aut propinquum: nam, vt dicit, ꝓpter hoc fit reminiſcentia, quoniam motus horum, qui ſeſe conſequuntur, aliorum quidem ſunt ijdem / hoc eſt ſimiles, aliorum autem ſimul / hoc eſt contrarij, ſed ſimul, aliorum autem partem habent, quia ſunt propinqui in parte, vt lupus, ⁊ lupcalia: ⁊ propter hãc cãm reliquũ quod apprehenſioni deeſt, ⁊ qđ motum eſt poſt illud, paruum eſt. Si eniꝫ recordor verbum / lu / in illa particula lupus, paruuꝫ eſt recordari, percalia, quod ſequitur poſt / lu. Exempla horũ ponit Themiſtius, ⁊ primo de reminiſcentia, quę fit a ſimilibus, vt verbi gratia, vt ſi cuꝫ ſocratis ſtatua videro / admonear ſocratis. A diſſimilibus, vt ſi candorem intuitus recordatuſue, nigritiaꝫ meminerim: aut ex calido occurrat frigidi memoria. Ex propinquis auteꝫ, multis modis fieri poteſt, ſatis ſit dare exẽplum in vno, vt cum recordamur p̃ncipium ex conſuetudine recordamur omnia quę ſequũtur: vt illius carminis principiuꝫ quod eſt Iraꝫ pande mihi, qs recordaretur: facile recordabitur verba, quę ſequũtur: pelidę diua ſupbi. Et ex memoria patris ſępe reminiſcimur filium, ⁊ ex memoria fratris, reminiſcimur fratrem: ⁊ ſic de multis alijs.

¶ Ad hunc igitur modũ: inueſtigare ſolemus. Sed ⁊ interim nobis nõ ita inqrentibus reminiſci accidit: cum recordatio motuꝫ alterũ cõtinuo excipit ſubſequiturqꝫ. cęterũ illa fere fit: antegreſſis alijs motibus quos dixi.

¶ Quęrunt igitur ſic. Et non quęrentes autem ſic reminiſcuntur: cum poſt alterum motuꝫ ille fit. vtplurimum autem alteris factis motibꝰ quales diximus: fiebat ille.

Cōmentariuꝫ

¶ Cum oſtendit, ꝙ reminiſcentia non fiat niſi pluribꝰ antegreſſis motibus: oſtendit ꝙ aliquando fiat vno antegreſſo motu. Uerum primus modus eſt, vt in pluribꝰ. Scđs modus eſt de raro contingenti, vnde dicit. Quęrũt igitur ſic q reminiſcuntur. ſ. pluribus antegreſſis motibus, ⁊ etiam nõ quęrentes ſic antegreſſis pluribus motibus reminiſcũtur: cum poſt alterum ſolum motum antegreſſuꝫ ille fit, qui eſt reminiſcentia. Ergo duobus modis reminiſcimur. ſ. ãgreſſis pluribus: ⁊ antegreſſo vno ſolo motu. Ueruꝫ (vt inqt) vtplurimum alteris, ⁊ pluribus factis motibus, quales diximus, motus ille fiebat, qui eſt reminiſcentia. rarẽter autẽ fit reminiſcẽtia vno ſolo ãgreſſo: hęc de mõ reminiſcẽdi.

¶ Nec id ſpectãdum eſt, quomodo quę remota ſunt meminimus: ⁊ quomodo quę propinqua, negligendum. quandoqdem vnũ eũdẽqꝫ modum eſſe: liquido conſtat. dico autem euꝫ: quo quis ea quę in ſeriẽ digeſta ſunt, nulla antecedente inquiſitione recordationeue recẽſet. conſequuntur enim ſeſe quadam conſuetudine: motus. Quoties itaqꝫ reminiſci volet, id faciet: motus initium capere ſtudebit, quem hic ideſt reminiſcentia, ſequitur.

Cōmentarium

¶ Nihil auteꝫ oportet conſiderare quę procul ſunt: quomodo meminimus: ſed non quę ꝓpe. manifeſtum enim: ꝙ idem modus aliqualiter. dico autem: quomodo dicit qđ cõſequenter, non preinquirens: neqꝫ reminiſcẽs. cõſuetudine eni cõſeqtur motus hic: poſt hunc. Et cum igit̃ reminiſci voluerit, hoc faciet: q̃ret accipere principiũ motus, poſt quẽ ille erit.

Cōmentarium

¶ Remouet vnam dubitationem, nam videmus aliquos q facilius meminerũt, quę procul ſunt, vtpote quę multis annis iaꝫ elapſis fecerũt, q̃ꝫ quę proximis diebꝰ. Quęrit ergo ꝓpter quid eſt. Rñdet ꝙ cauſa eſt cõſuetudo, cõtingit eni motus eoꝝ / qui ꝓcul ſunt, ex cõſuetudine eſſe magis firmatos, qui vero prope ſunt, minus. Et ideo facilius meminerunt motus, qui ꝓcul, q̃ꝫ qui prope, qm̃ illos ſępius conſueuerũt recenſere, qui vero prope, rarius. vnde dicit. Nihil aũt oportet conſiderare, ⁊ admirari quę procul ſunt, quo mõ meminimus, non autẽ quę prope. Cuius cãm affert, ⁊ dicit. Manifeſtũ enim ꝙ idem modus aliqualiter eſt: hoc eſt conſuetudo, qua cõſueuimus illa ſępe recenſere, quę prope vero: nõ conſueuimus: ⁊ exponit ꝙ hoc proficiſcatur a cõſuetudine / per quoddam ſimile in motibus qui cõſequũtur ad p̃mos motus ex cõſuetudine. Accidit eni ex cõſuetudine, ⁊ exercitatione diu obſeruata, ꝙ aliqui quũ dixerint primã parteꝫ orõnis (vt Themiſtius dicit) vt dicãt etiaꝫ omnes ꝯſequẽtes: ⁊ hoc nulla rõne ꝯiũgendo partes has ad illas, niſi exercitatione, ⁊ obſeruata cõſuetudine. Eodẽ modo ex cõſuetudine recenſendi quę ꝓcul ſunt, aliquando potius aliqui meminerunt vetera q̃ꝫ recentia, qm̃ illa conſueuerunt recenſere, hęc non. vnde dicit. Dico autem eum modum quo quis poſt primũ motum, ac primã partem orationis dicit totuꝫ id qđ cõſequenter eſt, non perqrens, neqꝫ reminiſcens a ſimili neqꝫ a contrario, neqꝫ a propinquo / ſed a conſuetudine qua obſeruauit dicere hęc oĩa poſt illud: nã ꝯſuetudine hic motus, qui eſt reminiſcentia: poſt illũ ſeqtur. Signũ autem affert, ex eo: ꝙ cũ quis reminiſci voluerit motus ꝯſequẽtes, hoc faciet, ⁊ quęret accipere p̃nm totius motus orõnis, poſt quem ille qui eſt reminiſcẽtia / erit. Quare ſi nulla rõne motus, qui cõſequenter ſunt facilius quis recenſet, p̃mo motu, ad quem illi ꝯſequũtur: reſumpto, ſed ſola conſuetudine ac exercitatione, eodẽ modo vetera ex cõſuetudie, qua illa ſępius recenſuimus, facilius ⁊ citius recordamur q̃ꝫ recentia. Neqꝫ enim alia cauſa aſſignari põt, veluti neqꝫ illius ordĩs recenſendi alia cauſa aſſignari põt, niſi qa poſt primos conſueuimus moueri a poſterioribus.

¶ Quãobrem: omnis reminiſcentia, ex principio pulcherrime ac ſumma celeritate corriuatur. nam quo res inter ſe ordine diſpoſitę ſunt: eum quoqꝫ motus earũdem obtinent.

¶ Unde: citiſſime ⁊ optime fiũt a principio reminiſcẽtię. ſicut enim ſe habent res adinuiceꝫ, in eo qđ conſequenter: ſic ⁊ motus.

Cōmentarium

¶ Ex his concludit duo p̃cepta pulchra in reminiſcendi arte. Quoꝝ primuꝫ eſt, cum qs ex arte vult reminiſci incipiat a principio, ⁊ ꝓcedat eo rerũ ac geſtorum ordine, quo facta ſunt: ⁊ vt ita dicam, ab ouo. Facile eni geſta recẽſemus: cuꝫ eo ordine in orõne collocantur: quo factę ſunt. Cauſa auteꝫ, qm̃ ſicut ſe habẽt res geſtę ad inuicem / ita ſe habẽt ⁊ in mouendo aĩaꝫ, dicit. Unde citiſſime ⁊ optime hoc eſt ſũma celeritate, ⁊ pulcherrime fiũt a principio reminiſcentię / hoc eſt, cum eo ordine incipiat qs recenſere, quo res ſunt, nam (vt inqt) ſicut ſe habẽt res ad inuicem in eo qđ conſequẽter: ſic ⁊ motus ſe habebunt in anima noſtra. Hoc eſt primũ p̃ceptum, ⁊ quidem pulcherrimum.

¶ Et ea item facile memoria continentur: quę quodam ordine conſtant, vt Mathematica. at



Ayuntamiento de Madrid

que praue diſpoſita ſunt: egre cuſtodiunt.

¶ Et ſunt facile reminiſcibilia: quecunqꝫ ordiationem habent aliquam, ſicut Mathemata. que aũt praue: ⁊ grauiter.

Cōmentariuꝫ

¶ Hic ponit 2m, vt ordo ſeruetur in rebus: quarum reminiſcentiam querimus. Cuius ſignum eſt, quoniam que de ſe ordinata ſunt, facilius memorie mandantur, vt mathematica, in quibus ex primo ſequitur 2m, ⁊ ex ſecundo tertiuꝫ, ⁊ ſic deinceps. vnde dicit. Et ſunt facile reminiſcibilia / quecunqꝫ ordinationem habent aliquaꝫ, ſicut mathematica, que aũt praue ordinata ſunt, ⁊ grauiter reminiſcibilia ſunt: vt ſententie Hippocratice. ¶ Hinc expoſitor colligit ad reminiſcendi artem quatuor precepta eſſe obſeruanda. Primum quidē eſt ordinis cōſtitutio, qui aut vt res ſunt, aut fieri poteſt ſeruetur. Secūdum ꝟo, eſt diligens attentio, nam ex diligenti attentione maior fit motus, ac impreſſio firmior. Tertiuꝫ eſt frequens meditatio in ordine: qui enī frequenter, ⁊ ſepe cōſueuit poſt primū recenſere 2m: ⁊ ſic deinceps ad finē vſqꝫ: hic facilius recordabitur. Quartuꝫ eſt, ſi non poteſt, que poſterius ſunt, reminiſci, incipiat ab illo a quo cōſueuit recēſere.

Precepta reminiſcendi.

¶ Atqꝫ hoc intereſt inter reminiſci ⁊ iteruꝫ diſcere: ꝙ qui reminiſcit̃ ab ipſo ſe moueri quodāmodo poteſt, ad id quod poſt principiū eſt. at cum per ſe non poteſt, ſed alterius ceu preceptoris auxilium deſiderat: non amplius meminiſſe videtur.

¶ Et in hoc reminiſci differt ab iteruꝫ addiſcere: qa poterit quodā modo per ſeipſuꝫ moueri in id quod eſt poſt principium. cum ꝟo nō, ſed per alium: non adhuc meminit.

Cōmentariuꝫ

¶ His declaratis, redit ad differentiam, quā accepit ſupius inter iteruꝫ diſcere, ⁊ reminiſci. Et declarat ſm Themiſtiū differentiam que eſt inter reminiſci, ⁊ iterum diſcere, ⁊ iter diſciplinam, ⁊ reminiſcentiam. Eſt autē differentia hec ſm Themiſtium ꝙ is qui reminiſcitur mouetur ⁊ a ſeipſo, ⁊ a principio quodaꝫ incolumi, ⁊ intus manente, ex quo veſtigat iuncta principio (vt dictum eſt) at cuꝫ quis non poteſt ex principio intus manente, que illi pricipio iūcta ſunt, veſtigare, ſed a preceptore, docenteqꝫ mouetur illo principio mediante. Hic iterum diſcit. vnde dicit. Et in hoc reminiſci differt ab iterum addiſcere, quia is reminiſcitur qui poterit per ſeipſum moueri ab eo principio, quod intus manet, in id, quod eſt poſt principium. ſ. in reminiſcentiam. Cū ꝟo mediante illo principio non poterit per ſe moueri ad illud quod ſequitur poſt principium, ſed per aliuꝫ aut preceptorem / aut librum, non adhuc meminit, nec dicitur amplius reminiſci, ſed iterum diſcere. ¶ Quo ꝟo ad verba attinet, hoc dicitur iterum diſcere, quoniam mediante illo principio intus manente recuperat a preceptore, quod oblitus eſt, diſcere ꝟo diceretur: ſi nullo prius habito principio, nec ſi alias id ſciuiſſet, id nouo principio a preceptore acciperet.

¶ Sepe ꝟo iam quidē reminiſci non poteſt: querendo tamen poteſt, ac iuenit. Quod homini cōtingere ſolet: dum tantiſper varia mouet, quoad in motionem eaꝫ inciderit poſt quā res ſequatur.

¶ Sepe autē iam quidem non poteſt reminiſci: querens autem poteſt, ⁊ inuenit. Hoc aũt fit: multa mouenti quouſqꝫ moueat huiuſmodi motu quem conſeqtur res.

¶ Quidam volunt, ꝙ Ariſtoteles hic ponat differentiaꝫ inter reminiſci, ⁊ inuenire. Nam reminiſci eſt aliquid reſcire, quod ad iuſſum occurrit (vt Themiſtius inquit) Inuenire ꝟo eſt reſcire aliquid, quod non ad iuſſuꝫ occurrit. Sꝫ verſando ⁊ ſatagendo ſolet inueniri. Eteni multo motu ac diſcurſu multo contingit quoad dum perueniatur ad eaꝫ motioneꝫ, poſt quā id ſequitur, quod requirebatur. Dicit, ſepe autem iam quidem non poteſt aliquis reminiſci. ſ. ad iuſſum / ac voluntatem. Querens autem poteſt reminiſci, ⁊ inuenit. ergo reminiſci eſt ad voluntatem ⁊ ad iuſſuꝫ, inuenire autem eſt cum inquiſitione / ⁊ multo diſcurſu. Et exponit quomodo fit inuentio, ⁊ dicit. Hoc autem fit ei qui multa mouet / ac diſcurrit, quouſqꝫ obiter moueat ac diſcurrat hō motu, quem conſequitur res, que eſt queſita. Cuius exēplū ponit Themiſtius. nam quemadmodum multe gutte que preceſſerunt, non cauant lapidem / ſed diſponunt ⁊ mollificant: vltima ꝟo cauat, ita cor in ipſa inuentiōe multos motus patitur anteqꝫ id, quod querit / teneatur, ſꝫ vltimus motus ipſe preſentat rem, quā conſequi memoria volebamus. Melius autem fortaſſe exponi poteſt textus, ꝙ Ariſtoteles voluerit declarare, qualiter non ſemper reminiſcētia fit facilis pro arbitrio ac iuſſu: ſed interdum cum difficultate, vtputa cum animus multis motibus mouetur donec ille occurrat, ad quem reminiſcentia ſequitur: ⁊ hoc pacto, vt arbitror, intellexit Themiſtius: ⁊ verba hinc conſonant, vt legenti, patet.

¶ Eſt enim meminiſſe: mouenteꝫ quandaꝫ facultatem intus poſſidere. ſed tamen eiuſmodi: vt animus ex ſeipſo, ⁊ motibus quos habet moueri queat, vti dictum eſt.

¶ Meminiſſe eniꝫ eſt: ineſſe potētiā mouēteꝫ. hoc autem: ita vt ex ipſa, ⁊ quibus habet motibus, moueatur, ſicut dictum eſt.

Cōmētarium

¶ Ex his (vt Themiſtius inuit) Ariſtoteles deducit quaſi cauſalem ipſius reminiſci definitionem. Naꝫ legit, verbū / enim / pro igitur: hoc pacto. Meminiſſe igitur eſt in eſſe nobis potentiā mouentem, hoc eſt reminiſci eſt habere potentiā / ac facultatem inſitam, hoc autem ita, vt ex ipſa facultate inſita, ⁊ motibus, quos quis hꝫ, moueatur eo ordine / ac modo: vt dictum eſt. Accepit enim meminiſſe pro reminiſci, vt Themiſtius expoſuit. Cauſalis ergo definitio ipſius reminiſci eſt habere inſitam potentiam, ex qua cū motibus ⁊ impreſſionibus ſeruatis vnuſquiſqꝫ mouet̃ ad vltimū motū: qui querebat̃. Ubi pꝫ ad reminiſcentiaꝫ duo precipue eſſe neceſſaria, primū eſt facultas / ac potētia nobis inſita, qua moueri apti ſumus pluribus motibus, ⁊ impreſſionibus alia poſt aliam modo quo dictū eſt. Alterū eſt: motus ipſi, ac reliquie ille que in aīo relicte ſunt poſt obliuionē, que excitāt ad inſtaurādū atqꝫ recuperandū id quod perierit, ⁊ per veſtigationē querimus. ¶ Quid ꝟo hec facultas ſit / Themiſtius velle videt̃ eē mētē ⁊ itellectū, nec ab ratione, quoniaꝫ nulla facultas videtur diſcurrere niſi intellectus: accedit ꝙ reminiſcentia brutis non ineſt, quibus ineſt ſenſus phantaſticus. Uerū de re hac poſtea.

Cōmentarium

De facultate que reminiſcit.

¶ Ac principium quidem: ſumi debet. Quocirca: nōnūqꝫ videtur ex locorum diſpoſitione reminiſci.

¶ Oportet autem: acceptum eſſe principium. Quapropter: a locis videntur reminiſci aliquando.

¶ His

Ayuntamiento de Madrid

¶ Dis, quę dixit de reminiſcentia, ⁊ de modo reminiſcendi, ſuppoſuit in opere reminiſcentię eſſe ſupponenduȝ quoddam principium, ex quo conſequēter deuenitur ad vltimā animi motionem, poſtꝙ̄ ſequitur reminiſcentia: iſtud ſuppoſuit, ⁊ ratione efficaci non probauit. Ideo redit ad probandum hanc ſuppoſitionem. ſ. ꝙ in omni reminiſcentia oportet ſupponere quoddam principium, quod in memoria remanſit, e quo reminiſcentia fit. Dictum eſt autem duplex principium inſitum, ⁊ eſt facultas, ⁊ non loquitur de hoc: ⁊ reliquię quę remanſerunt in animo, quę valent ad inſtaurandū ac recuperandum, quod perijt. Et de hoc pͥncipio loquitur. Hoc probat, quoniam homines a locis aliquando videntur reminiſci, quod non eſt, niſi quatenus locus videtur quoddam principiuȝ eſſe reminiſcentię. Ergo niſi ſupponatur quoddam principium reminiſcentię, videtur fieri non poſſe. ¶ Quo vero ad verba attinet. Themiſtiꝰ per loca intelligit ſedes argumentorum, de quibus in topicis ⁊ in rhetoricis dictum eſt, vtpote vel a ſimilibus, vel a contrarijs, vel a propinquis. Ab his enim homines reminiſci videntur. Amplius intelligit per loca, quę corporalia ſunt, ⁊ certa ſede diſpoſita collocataꝙ̄ interuallis, vt docet M. Tullius in rhetoricis. Ait enim ad facile memorandū oportere conſtituere quędam corporalia loca debite ordinata, in phantaſmata eoruȝ quę memoria tenere volumus quodam ordine diſtribuantur. Per hęc enim nōnunꝙ̄ homines facile reminiſcuntur, quoniam ſunt veluti principia reminiſcentię. Et dixit [aliquando,] quoniam non ſemꝑ ſufficiunt loca pro reminiſcentia: niſi in illis phantaſmata diſponantur modo, quo docent artifices memorandi. Patet igitur in omni reminiſcentia eſſe principium quoddā ſupponendū: quod debet eſſe tale (vt inquit Themiſtius) cui celerrime ad reminiſcentiam loca reſpondeant.

¶ Cauſa autem eſt: ꝙ cito ex alio in aliud veniat. vt ex lacte in candorem, ex candore in aerem, ex aere in humoreȝ, ex humore in autūni memoriam: cum hanc partem anni ſatagit inuenire.

Cōmentarium

¶ Cauſa autem eſt: quia velociter ab alio in aliud veniunt: vt a lacte in album, ab albo aūt in aerem, ⁊ ab hoc in humidum: a quo meminit autūni, hoc quęrens tempus.

Cōmentarium

¶ Cum probauit per ſignum, ꝙ in reminiſcentia ſupponi debet principium. Nunc aſſignat cauſam, ⁊ dicit. Cauſa autem eſt, quia velociter ac facile per mentis quandam euagationem de vno veniunt in aliud, aut ratione ſimilitudinis, aut contrarietatis, aut propinquitatis. Exemplum affert, quo modo facile homines veniant ex vno in aliud ratione propinquitatis, ⁊ dicit, vt a lacte deuenimus in albū, propter albedinem lactis. Ab albo auteȝ deuenimus in aerem propter claritatem aeris: quę albedinem efficit, ⁊ ab hoc. ſ. aere deuenimus in humidum, quoniam aer eſt humidus, a quo humido meminit homo autumni ratione ꝯtrarietatis: q͞a. ſ. autumnus ſiccus eſt: hoc quęrens tēpus.

De facultate q̄ reminiſcit.

¶ Videtur autem vniuerſaliter in omni genere quod medium eſt: vicem principij obtinere. Nam ſi non prius, ſaltem cum ad id quod in meditullio eſt peruenerit, res veſtigata ſuccurret: aut nūꝙ̄ pręterea, nec aliūde.

¶ Videtur autem vniuerſale principium: et mediū oīum. Si eni nō prius, cū in hoc venerit reminiſcet: aut non adhuc neqȝ aliunde.

Cōmentarium

¶ Quale principium illud eſſe debeat, exponit, ⁊ dicit ꝙ illud reminiſcendi principium debet eſſe vniuerſale: naȝ ſic videtur medium, ⁊ principium omnium eorum: quę cōſequuntur. Et cauſam reddit, quoniam ſi non prius reminiſcimur ſubaudi alicuius poſteriorum per aliqua alia poſteriora principia: quę ad illud vniuerſale ſequuntur: cum q͞s venerit in hoc vniuerſale principium omnium: reminiſcet eius: cuius quęrit reminiſcentiā. Aut ſubaudi, ſi ad illud venerit, non adhuc reminiſcitur, non aliūde poterit ſubaudi reminiſci. ¶ Quo vero ad verba attinet, per vniuerſale non illud quod de pluribus pręedicatur, intelligit, ſed id, a quo conſueuit ad diuerſa moueri, veluti ſi poſt lac aliquis conſueuit moueri ad album, ⁊ ad dulce, ⁊ ab albo in aerem, et alia vt dictum eſt: ⁊ a dulci ad calidum digerens, ⁊ hinc ad ignem, ⁊ ad alia plura cogitata: vnde lac erit quaſi vniuerſale principium ⁊ medium reminiſcendi.

¶ Verbi gratia, aſcribantur lr̄ę ſeptem A C B E F G H: per quas mentis cogitatio itura ſit. Si enim non continuo vbi vētum eſt ad E, meminit: ſimulatqȝ ad H appulerit, meminiſſe dicetur. nam ab E: in vtraqȝ partem, ⁊ in B ⁊ in F diſcurrere poteſt. Or ſi ex his nullā diſquirat: in C profecta meminerit, ſi B aut C veſtiget. quemadmoduȝ in G profecta meminerit: ſi G aut F perquirat. Sin minus: in A. ⁊ ita ordine perpetuo.

¶ Ut ſi quis intellexerit: in quibus A B C D E F G H. Si enim non in E reminiſcitur: in D meminit. hinc enim: ad ambo motum eſſe contingit, ⁊ in D ⁊ in F. Si vero non per horum aliquod quęrit: in C veniens reminiſcet, ſi per D aut C inquirit. quemadmodū in G veniens reminiſcetur: ſi per G aut F inquirit. Si autē non: in A. ⁊ ſic ſemper.

Cōmentarius

¶ Exemplum ponit in elementis, ⁊ ꝯſtituit ſm Themiſtiū lr̄as octo, A B C D E F G H. Harꝝ ſymbola ſunt, Athenę, licium, ędes Platonis, calendę, conuitiuȝ Socratis, vapulaſſe a ſocrate fidicula. Vel loco horuȝ accipe octo ſymbola, vȝ, Scyllam, Cęſareȝ, Auguſtum, Tyberium, Neronem, Titum, Veſpaſianum, Antonium. Fuit eniȝ Scylla quaſi vniuerſale principium tyrānorum Romanoꝝ. Fuit Cęſar ſm vniuerſale principium, ⁊ ſic deinde. ¶ Quo autem ad lr̄as attinet, animaduerte, ꝙ lr̄as ordinauit Ariſtoteles in gręco codice ſm ordinem alphabeti gręci, non intendens ꝙ eo ordine reminiſcentia fieri debeat: quo lr̄ę in alphabeto ſunt ordinatę. Tunc dicit, hoc pacto ſupponēdo ꝙ aliquis velit reminiſci ipſius H: ⁊ diſcurrat per omnia priora ad H: tūc dicit. Si eniȝ cum ille peruenit in E nō reminiſcitur ipſius H, cum deueniet in D, Meminit, hoc eſt reminiſcetur ipſius H: nam ex ipſo E poteſt ad ambo eſſe motus. ſ. in D ⁊ in F: ⁊ cum in D veniet, ⁊ reminiſcit̄ ipſius H: non vlterius quęrat. Si vero non per horuȝ aliquid quęrit H, ſȝ ꝑ D aut C, in C veniēs, reminiſcet̄ ipſiꝰ H: ſi ꝑ D aut C inq̄rit H. Or ſi ꝑ hęc nō reminiſcit̄ ipſiꝰ H, ſi ꝑ G aut F inq̄rit H, reminiſcet̄, cū veniet in G ipſiꝰ H. ſi aūt nec ꝑ G reminiſcitur ipſius H, in A cum deueniet, reminiſcet̄, ⁊ ſic ſemper in alijs ſimilibus agendum eſt: ſicut eniȝ de vno exēplo eſt, ita in alijs plurimis dici poteſt. ¶ Animaduerte ꝙ in codicibus gręcis lr̄ę non ſic ſcribuntur, ⁊ vt ſcribunt̄,



Ayuntamiento de Madrid

qđ eſt text⁹ apud me intelligibilis, nec īuenio, q̄ Themiſti⁹ dicit, ꝯuenire vbis grecis eoꝝ libroꝝ, quos ego vidi: iđ ego ſic expoſui vt melius ⁊ facilius, que ipſe dicit, intelligantur. Fateoꝛ tñ locum eſſe difficilem.

Cur autem ab eodem pꝛincipio interim meminiſſe queat, iterim non queat, cauſa eſt: ꝙ ex eodē pꝛincipio in multas parteis ire ꝯtingat. veluti ex E: in F, aut in D. Si igitur non per vetera ſimulacra diſcurrat: ad id rapi ſolet qđ ſibi familiarius pꝛopter ꝯſuetudinē reddidit. iam enim conſuetudo ipſa: in quādam naturā commigrauit.

Eius autem qđ eſt ab eodem aliquando quidem meminiſſe, aliquando autē non, cauſa eſt: quia contingit ad plura motum eſſe ab eodem pꝛincipio. vt ab ipſo E: in F, aut in D. Si igit̄ ad per antiquū mouetur: ad ꝯſuetius mouetur. tāq̄ enī natura: iam cōſuetudo eſt.

Cōmentarius. Soluit pꝛoblema pꝛopter quid eſt ꝙ aliquando aliquis ab eodem pꝛincipio reminiſcitur: aliquando autem non reminiſcitur. Reſpondet, ⁊ dicit. Eius autem, qđ eſt ab eodē pꝛincipio, aliquando quidem meminiſſe, aliquando autem non: cauſa eſt, q̄a de conſuetudine eſt eū eſſe motū ad plura ab eodē pꝛincipio, vbi cauſa, vt ab ipſo E in F, ⁊ in D. Ideo cōcludit. Si igitur aliquis mouetur per antiquū phātaſma, per quod ſolet moueri poſt pꝛincipium, ipſe motus antiquo phantaſmate, ad conſuetius mouetur. Eſt enī conſuetudo tāq̄ altera natura: quare ſubaudiendum. Si aliq̄s indifferenter conſuetus eſt moueri ab vno pꝛincipio ad plura, hac ratione fit, ꝙ ſepe habito pꝛincipio, non reminiſcit̄ poſterioꝛis: quoniam de conſuetudine non magis cōſueuit moueri ad illud q̄ ad aliud. Quādo vo de cōſuetudine eēt conſuetus magis ad vnū q̄ ad aliud moueri: tunc poſt habitum pꝛincipium facile reminiſcitur eius, ad qđ conſueuit poſt pꝛincipium deuenire. ¶ Quo vo ad verba attinet, aliqui textus habent [Si igitur non per antiquū] ⁊ cum difficultate intelligitur: non tamen legi in greco. Sed ſi videret̄ poſſe ſtare, legatur pꝛo arbitrio.

Quapꝛopter que frequenter cogitamus, cito reminiſcimur. nam vt natura vnum alterū ſequitur: ita ⁊ operatiōe. quinimo frequēs multuſq̄ vſus: naturam facit.

Unde que ſepe intelligimus: cito reminiſcimur. ſicut enim natura hoc poſt hoc eſt: ſic ⁊ operatione. ipm̄ ſepe aūt: naturā facit.

Cōmentarius. Ex his concludit, que eſt cauſa velocis reminiſcentie aliquando, ⁊ dicit. Unde que ſepe intelligimus, cito reminiſcimur, ſepe dico alterum poſt alterum, qui enim cōſueuit alterum poſt alterū reminiſci, hic habito pꝛincipio: facile habere poteſt totam reminiſcentiam. Cauſam affert: quoniā ſicut natura res ita ſunt, vt hoc ſit poſt hoc, ſic ⁊ operatione ⁊ motu anime, vt enim poſt ignem natura ferroꝛ ſequitur, poſt ſolem ſplendoꝛ, ita quedam conſuetudine ſe ſequunt̄. Dat cauſam, quoniam ipſum ſepe videtur naturam facere: ⁊ ꝓpterea verbum autem, cum dicitur ipſam autem ſepe. Hic cauſam reddit.

Quoniam autem ſicut in naturalibus errata quedā nature ⁊ foꝛtuita euenire ſolent, adhuc magis in conſuetis, quibus natura non perinde ineſt, peccata quedā intercidunt: hinc ſane fit vt nōnūq̄ animus huc illuc impellatur, p̄ſertim cum a certo quodam initio auſpicatus, quouis alio deuius fertur. Pꝛopterea contingere ſolet: vt cum alicuius nominis meminiſſe volumus, in alterum conſimile, non in illud, quaſi ſoloeciſmū cōmittentes incidamus. Ad hunc igitur modum: reminiſci accidit.

Quoniā autem ſicut fiunt in ijs que ſunt natura, ⁊ extra naturā ⁊ a foꝛtuna, adhuc magis in ijs que per conſuetudinem ſunt, quibus natura nō ſimiliter ineſt: quare mouetur aliquādo ⁊ illuc ⁊ aliter, p̄ſertim ⁊ cum retrahitur illinc iſtuc aliquo. Et pꝛopter hoc cū opus eſt nomen reminiſci: aſſimile quidem, non autem illud, ſoloecizamus. Reminiſci igitur: hoc accidit modo.

Cōmentarium. Scđm Themiſtium Ariſtoteles vult aſſignare cauſā ex dictis, cur in reminiſcentia nonnūq̄ erroꝛ accidat: ⁊ cur qui reminiſcitur: aliquando quodāmodo faciat ſoloeciſmum: ⁊ dicit. Quoniam autem, ſicut fiunt in ijs, que natura ſunt, et monſtra, que pꝛeter naturam ſunt, ⁊ a foꝛtuna nōnūq̄ quedam pꝛoficiſcuntur. Adhuc magis peccata fiunt in ijs, que per conſuetudinem ſunt. Dico magis, quoniam his natura non ſimiliter eſt, conſueta enī minus naturalia ſunt: q̄ que a natura ſunt. Ideo ſi erroꝛes in natura accidūt, ⁊ magis in conſuetudine accidere videntur. Ideo concludit quare animus aliquando mouetur ⁊ illuc ⁊ aliter, pꝛeſertim cum retrahitur illinc, quo conſueuit moueri: ⁊ mouetur iſtuc aliquo alio motu: quo non conſueuit moueri. Deinde aſſignat cauſam ſoloeciſmi in ipſa reminiſcentia, ⁊ dicit. Et pꝛopter hoc, cum opus eſt nomen reminiſci, vtputa iliacū, aſſimile quidem, non autem illud, ſoloecizamus, vꝫ, reminiſcentes ilium: etiam ſi quis leophanem reminiſci querit, ſi leoſthenem reminiſcatur: ſoloecizat in reminiſcentia. Tūc epilogat, ⁊ dicit. Reminiſci igitur, hoc accidit modo.

Sed enim notitia tempoꝛis, ſiue illud certū conſtitutūq̄ habeatur, ſiue incertum ⁊ infinitum: q̄ maxime neceſſaria exiſtit.

Maxime autem opoꝛtet cognoſcere tēpus: aut menſura, aut infinite.

Cōmentarius. Cum egit de ipſo reminiſci ex parte rerum: quas reminiſcimur, ⁊ de modo reminiſcendi ex parte illarum: hic agit de modo reminiſcendi ex parte tempoꝛis, ſine quo nec memoꝛia, nec reminiſcētia fieri poteſt. Et pꝛoponit pꝛimo qđ intendit, ⁊ dicit. Maxime autem ad reminiſcendum opoꝛtet cognoſcere tempus, aut menſura, hoc eſt determinate: aut īfinite, hoc eſt īdetermīate. Dicit Themiſtius, in omni memoꝛia ac reminiſcētia cōmune eſt adhiberi tempus aut certum aut incertum. Certum quidem vt heri, aut ſuperioꝛem menſem. Incertum vo, vt ſi quod quis reminiſcitur aut meminit, diu ſit, qđ audierit, aut nouerit. Nā (vt Themiſtius dicit) niſi concedatur ſcientiam tempoꝛis ad memoꝛiam ac reminiſcentiā pertinere, neceſſe eſt, vt hoc, qđ modo meminiſſe, aut reminiſci dicimur: nec meminiſſe nec reminiſci eſſe videatur: ſed cognoſcere nunc pꝛimum, aut diſcere. Opoꝛtet ergo, vt qui meminit, ⁊ qui reminiſcitur: id, quod meminit, aut reminiſcitur: cognoſcat ſe in pꝛeterito, aut didiciſſe: aut vidiſſe: aut audiſſe: que ſine co-

gnitione

Ayuntamiento de Madrid

gnitione temporis fieri non poſſunt: aut determinati, aut indeterminati. Diximus enim ſuperius ꝙ actus memorię ac reminiſcentię ſupra tres res quaſi tria obiecta per ſe cadit, ſupra rem al's apprębenſam: ſupra actum, quo illa res al's appbenſa fuit, ⁊ ſupra tēpus determinatū vel indeterminatuꝫ, in quo appbenſio illa fuit. Niſi eniꝫ hęc tria qs appbēderit, nec reminiſci, nec meminiſſe dici pōt. Ari^les^ ꝑponit hoc, deinde exponit modū reminiſcēdi ex pte tpis.

¶ Eſt aūt aliqd: quo, de pluri minoriqꝫ tēpore iudicamus. conſentaneumqꝫ eſt: vt quippiam in nobis ſit, quod ſicut magnitudines, ita ⁊ tēpus internoſcat.

¶ Eſt autem aliquid: quo iudicat maius ⁊ minus. rōnabile autē: ſicut ⁊ magnitudines.

Cōmentarium ¶ Quia accepit nec reminiſci nec meminiſſe poſſe aliqueꝫ, niſi tempus cognoſcat. Exponit nūc eſſe aliquid in nobis, quo, ⁊ tempus cognoſcimus, ⁊ dicit. Eſt autem aliquid, quo anima cognoſcit tempus maius, ⁊ minus, quemadmodum aliquid eſt, quo cognoſcit corpora, ⁊ magnitudīes. Quę aūt ſit iſta virtus, qua anima cognoſcit tempus, ſicut ⁊ magnitudines: Themiſtius vult ꝙ ſit ſenſus cōmunis, qui reſidet in corde, vt in ꝓprio ſubiecto. Per ſenſum eni cōem nos tēpus, ⁊ magnitudīes, ⁊ figuras, ⁊ motus cognoſcimus. Utrū ꝟo per ꝓpriam ſpēm temporis, vel per ꝓpriaꝫ intētioneꝫ, vel ſpectrum, q̄ſtio animaſtica eſt. Ari^les^ eniꝫ oium quę cognoſcimus, in hoc libro voluit eē phātaſmata vnicuiqꝫ propria: ⁊ hoc ſupponat pro intellectu eoꝝ: quę ipē dicit. Utrū ꝟo ita ſit, in libris de aia perquiratur.

¶ Porro magnitudines ampliſſimas, ⁊ q̄ a nobis procul abſunt, itelligere ſolet: nō ꝙ intelligētia ipſa (gręci dianoean vocāt) ꝓcedat foras atqꝫ ad eas ſeſe applicet, quēadmodū qdaꝫ de viſu dixerunt (nā etiā ſi non ſint: ex ęquo tamē intelliget) ſed per motū qui proportione q̄daꝫ illis reſpondeat. habet enim in ſe: motus effigieſqꝫ rebus quas intelligit perſimiles.

¶ Intelligit autem magnas ⁊ procul: nō extendendo illuc intelligentiam, ſicut viſum dicunt quidam (etenim cū nō ſint: ſimiliter intelliget) ſed proportionali motu. ſunt eniꝫ in ipſa: ſimiles figurę ⁊ motus.

Cōmentariuꝫ ¶ Quia dixit in nobis eē virtuteꝫ, qua tēpus cognoſcimus: quā ſenſuꝫ cōem eē dicit Themi. ⁊ manifeſtū eſt, ꝙ intellectus intelligit magnitudines magnas, ⁊ paruas, ꝓpe ⁊ ꝓcul mediāte ſenſu cōi, dicit nunc quomodo mediante ſenſu cōi intellectus hęc intelligat, ⁊ dicit. Intelligit autē anima magnitudines magnas ſubaudi ⁊ paruas, ⁊ ꝓcul, ſubaudi ⁊ ꝓpe: non extendendo illuc, hoc eſt vſqꝫ ad magnitudines intelligentiam: hoc eſt ſenſum cōmunem. Sumpſit eniꝫ dianoeam pro ſenſu cōmuni. Naꝫ actio intellectus, cuꝫ imaginatione, quę eſt cōmunis ſenſus, coniuncta (vt Themiſtius inquit) dianoea dicitur a gręcis. Non enim anima intelligit magnitudines prope, aut procul per extramiſſionem, ſicut Platonici, ⁊ perſpectiui dicunt quidam, videre extramittendo radios viſuales ad viſibilia. Cuius cauſam interponit, quoniam cum magnitudines maiores non ſint, intellectus illas intelligit mediante ſenſu cōmuni ⁊ imaginatione: ⁊ tamen ad illas non extramittitur radius ſenſualis. Intelligimus enim magnitudinem maioreꝫ q̄ꝫ ſit magnitudo mundi: quę non eſt, non ergo conſonum eſt animam intelligere illam extendendo ſenſum cōmunem ad illaꝫ: ſed anima intelligit, proportionali motu, hoc eſt per impręſſionē, quę proportione quadam illis reſpondet. Sūt eniꝫ in ipſa anima omniuꝫ reruꝫ, qua cognoſcit, aut ſentit, ſimiles figurę: ſiue ſpecies: ⁊ ſimiles motus ipſis rebus: quas cognoſcit, aut ſentit. ¶ Quo ꝟo ad verba attinet, Ari^les^ vbiqꝫ omniū, quę anima cognoſcit, ſiue ſenſu, ſiue intellectu ponit ſimulacra, quę nunc ſpecies, nunc phantaſmata, nūc figuras, nūc motus appellat. Dicuntur eniꝫ motus quo per ipas anima ad cognoſcendum mouetur: dicuntur autem ſimilitudines, quo proportione quadam reſpondent rebus: quas cognoſcit: de his ſuperius ſatis. ¶ Ex his patet, ꝙ anima cognoſcit magnitudines magnas, ⁊ paruas, procul, ⁊ prope, ⁊ tēpus, ⁊ omnia proprijs figuris, ac motibus: qui proportione ſimiles ſunt ipſis rebus apprębenſis: ⁊ ſic magnaꝫ magnitudineꝫ apprębendit proprio motu ac ſimilitudine, quę illam repręſentat ſicut eſt, paruam quoqꝫ propria ſpecie, ac figura ⁊ motu: qui illa repręſentat ſicut eſt. Magnitudineꝫ diſtātem procul apprębendit proprio motu: qui illam repręſentat ſicut eſt, ⁊ ſicut diſtat, ⁊ ſic de omnibus: quę anima cognoſcit. Quę videntur fortaſſe miratu digna: cum iuniores non omnium ponant ſpecies, niſi per ſe ſenſibiliuꝫ. Auer. autem in intellectu ſpecies non ponit. At Ariſto^les^ hic vult vnicuiqꝫ rei: quę apprębenditur: in anima reſpondere motum propriū: qui illam repręſentat, ſicut eſt, ac ſicut intelligitur, aut ſentitur: ⁊ ſic omniuꝫ ponit proprios motus, ac impręſſiones, de quibus pulchrum eſſet videre: verum de his hactenus: fortaſſe poſtea: vel in libro de ſenſu.

De ſpēb⁹ itelligibilibus ⁊ cognoſcibilibus.

¶ Quo igitur differat: cum maiores intelligit? An ꝙ ⁊ minores intelligat? quęcūqꝫ eniꝫ ambiuntur interioraqꝫ ſunt, minora ſunt: ⁊ eis, q̄ ꝯtinēt ⁊ extima ſunt, ꝓportione q̄dā rn̄dēt.

¶ Quo igit̄ differet: cū maiores intelligit? An qa illas intelligit quę minores? omnia eni quę intra, minora: ⁊ ꝓportional'r ⁊ quę extra.

Cōmentarium ¶ Sed circa hęc, quę dicta ſunt, mouet quęſtionem: nam ſi anima intelligit maiores magnitudines ⁊ minores per ſpecies ⁊ motus, qui ſunt in anima: cum illę ſpecies ſint minores: imo fortaſſe indiuiſibiles, omnia intelligeret per ęqualia: ⁊ ſic non videtur differre quo maiores, ⁊ quo minores intelligit. vnde dicit. Si igitur omnia intelligit anima per ſimulacra, ⁊ motus, cum illi ſint minores rebus, quas intelligit, imo indiuiſibiles, quo igitur differt anima cum magnitudines maiores intelligit, ⁊ ſubaudi, quo intelligit minores? quaſi dicat. videtur ꝙ per nihil, cum ſpecies in anima omnes ſint rebus minores, ⁊ ęquales. Reſpondet ⁊ cōcedit ꝙ anima omnia intelligit per ſpecies: quę ſunt minores rebus: imo omnes ęquales: verum differunt, quo ꝓportione ad res differunt. vnde dicit. An quia illas. ſ. maiores intelligit ſubaudi per figuras, quę minores ſunt reb⁹, quas intelligit. Et etiam magnitudines minores intelligit per figuras, quę minores ſunt reb⁹. Et cauſa eſt, quoniam omnia quę ſunt intra animam minora ſunt rebus: quę ſunt extra animaꝫ, imo omnes figurę ſunt ęquales: quę in anima ſunt. Uerum differēter illas itelligit, quia figurę quę in aia ſunt proportionabiliter ſunt ⁊ his: quę ſunt extra. Uidemus eni figuram Cęſaris in metallo ęqualeꝫ eſſe figurę Traiani in metallo: vtraqꝫ enim in ęquali metallo deſcriptę ſunt: tamē diuerſa repręſentant, quoniam diuerſa proportione reſpōdent ſuis repręſentatis. Sic lꝫ omnes figurę: quę in anima ſunt, ſint minores rebus: q̄rū ſunt (qꝛ ſūt in ſubto minimo, ⁊ indiuiſibili) qꝛ tn̄ ꝓportione rn̄dēt rebus; quarum ſunt: ideo aia ꝺinter maiores ⁊ minores magnitudīes itelligit.



Ayuntamiento de Madrid

¶ Atq₃ fortaſſe qualis proportio inter ſimulacra ipſa, ſed adiuncto tempore, capi poteſt: talis ⁊ in ipſis quoq₃ interuallis diſtantijſq₃ reperiatur.

¶ Eſt autē₃ forte ſicut ⁊ ſpeciebus proportionale accipere, ſed in ipſo: ſic ⁊ diſtantijs.

Cōmētarium ¶ Obiter oſtendit, ꝙ qualis modus notionibus ⁊ rebus accōmodatur, conſimili proportione diſtantijs: quę in tēpore peragrantur: accōmodandus eſt. vnde dicit. Eſt aūt forte ſicut ⁊ ſpēbus, quę in anima ſunt, proportionale accipere, ſed in ipſo tempore, ſic ⁊ in diſtātijs, q̄ſi dicat, ſic quoq₃ in diſtantijs, quę peragrātur tēpore: vt eni in aīa notiones rebus ꝓportione reſpondēt: ſic diſtantię quę in tempore peragrantur, proportione inuicem reſpondēt, quoniam minor reſpondet maiori.

¶ Nā₃ qui lineas A B ⁊ B E confecit: lineas A C ⁊ C D confeciſſe videtur. quādo hę: cum illis proportionis nexu iunctę ſunt. Sed cur potius lineas A C ⁊ C D: q̄₃ lineas A F ⁊ F G? An ſicut refert linea A C ad A B: ita linea K H ad lineam K M? Qui ergo lineam K M tranſegit: ſimul lineam K H trāſegerit oportet. Si v̄o intellexiſſe velit lineas A F ⁊ F G, lineas quidem A B ⁊ B E ſimiliter intelligit: at e regione linee K M, lineā K L. nam hęc ad illam ita ſeſe habet: vt lineā₃ F A ad lineā B A ſe habere videmus.

¶ Sicut igitur, ſi ſm A B, B E, mouetur: facit A C, C D. proportionale enim eſt: A C ⁊ C D. Quid ergo magis C D: q̄₃ F G facit? An ſicut A C ad A B ſe habet: ſic K H ad K M ſe habet? Scd̄m has igitur: ſimul mouetur. Si v̄o A F, F G, velit intelligere, eam quidem quę A B, B E, ſimiliter intelliget: ſ₃ pro K M, K L intelliget. hę enim ſe habent: ſicut F A ad B A.

Cōmentariu₃ ¶ Per exēplu₃ oſtēdit ꝙ cū peragraẗ minor diſtātia in aliquo tpe peragraẗ ꝓportionabil'r maior in eodē tpe. Ad cuius euidētiā deſcribanẗ duo triāguli: ⁊ minor intra maiorē: deſignatis ꝑ lr̄as, vt vides per deſcriptionē. Tūc p₃, ꝙ qui peragrat latꝰ minoris. ſ. A B eodē tpe peragrat latꝰ maioris. ſ. K M. ⁊ qui peragrat latꝰ B E: eode₃ tpe ꝑagrat minus, v₃, C D: ⁊ qui ꝑagrat A C latus minꝰ: ꝑagrat K D latus maioris triāguli, ⁊ tota cā eſt, nō qa diſtantię ſint ęq̄les, ſed q₂ ꝓportionales: vt p₃ 6° Euclidis. Ariſtꝰ tn̄ hęc obſcure ꝑtulit: q̄ reuera in ſe clara ſunt: vn̄ dicit. Sic igiẗ ſi ſm A B latꝰ, aliq̄s moueẗ: ⁊ idē vel alius moueaẗ ſm B E, ille q̄ moueẗ ab A in B facit A C: ⁊ qui moueẗ ab ipſo B in E facit C D, quoniā ꝑ 6ᵐ Euclidis ac linea: ⁊ C D, ꝓportionales ſunt. Textus eſt ſuſpēſiuus vſq₃ ibi [Scd̄₃ has igitur.] Eſt eni ſupplendū vt videbiẗ, ꝙ ſic, qui ꝑagrat A C ꝓportionabil'r eodē tpe ꝑagrat diſtantiā K D: verū an̄q̄₃ termi net ſuſpēſionē, cōtra exēplū poſitū ab ipſo dubitat: ⁊ dicit. Quid g̊ magis C D facit ille, qui ꝑagrat B E, q̄₃ F G: q eni peragrat B E: eode₃ tempore peragrat C D: ⁊ F G: quęrit ergo cur in exemplo, potius vnum q̄₃ alterum peragratum eſſe accepimus. Reſpōdet ⁊ dicit, hoc eſſe factum, vt accipiamus correſpondentia₃ in latere maiori trianguli continentis. vnde dicit. An ſicut A C ad A B ſe habet, ſic K D ad K M ſe habet, ⁊ propterea accepimus in peragratiōe ex B in E, C D peragratum eſſe q̄₃ F G. quonia₃ A C correſpondet ipſi K D: tunc terminat ſuſpenſionem, ⁊ dicit. Scd̄m has igitur ſimul mouetur: qui enim peragrat A C: eode₃ tempore proportionabiliter peragrat K D: quoniā proportione ſibiinuicem correſpondent. Dicit tamen ꝙ ſi quis velit intelligere eum qui peragrauit A B: peragraſſe A F: ⁊ eum qui peragrauit B E, peragraſſe F G: intelligat vt dictum eſt, ꝙ A F peragrat, cum peragrat A B: ⁊ F G: cum peragrat B E: ⁊ tunc pro K M peragrato ſumat eē peragratum K L, na₃ hęc ſe habent inter ſe ſicut F A ad B A: ⁊ ſic poterimus dicere, ꝙ qui peragrat A F: eode₃ tēpore, peragrat K L. Patet ergo ꝙ ſicut notiones rebꝰ accōmodantur non ęqualitate, ſed proportione, ſic diſtantię quę eodem tempore peragrantur: maiores ⁊ minores proportione reſpondent ſibi inuicem.

¶ Deſcriptio triangulorum.



¶ Quando igitur negocium ⁊ tempus ſimul aīu₃ inuadūt excitantq₃: tu₃ meminiſſe ſolet.

¶ Cum igitur ſimul rei fit motus ⁊ temporis: tunc memoria agit.

¶ Nunc ex dictis concludit modum reminiſcendi ex parte temporis, ⁊ dicit. Cum igitur motus rei, hoc eſt impſſio rei, ſimul fit cum impſſione temporis, tunc memoria agit: hoc eſt tunc memoria eſt in actu, ⁊ perfecta: ⁊ vera. Simili ratione intelligendum eſt de reminiſcentia: qui enim reminiſcitur: rem ⁊ tempus reminiſci oportet: vnde (vt Themiſtius inquit) qui recordantur aut reminiſcuntur, ad eorum intelligentiam: quę recordantur atq₃ reminiſcuntur: ſuū tēpus adiungere ſolent. Cōmentariu₃

¶ Or ſi ſe ꝯiungere vtrūq₃ putet, non tamen cōiūgat: ſe meminiſſe autumat. nihil eni₃ obſtat, quin fallatur aliquis: ⁊ ſe meminiſſe cum non meminit, putet.

¶ Si aute₃ putet, non faciens: putat meminiſſe. nihil enim prohibet falli aliquem: ⁊ ſibi videri meminiſſe, cum non meminit.

¶ Poſtq̄₃ Ariſtoteles declarauit, ad memoriam ⁊ ad reminiſcentiam eſſe tempus neceſſarium, hic oſtendit, quot modis fallantur: qui meminerunt: ⁊ reminiſcuntur. Primus g̊ modus eſt, quando alicui occurrit motus temporis, ⁊ non motus rei: poſſibile enim eſt alicui occurrere tempus pręteritum, ⁊ non rem: ſed loco illius alia res occurrit, vt loco Cōmentariu₃

ſocratis

Ayuntamiento de Madrid

ſocratis,occurrat imago ſocratis.Iſte enim errat in imagine rei:non autem in tempore,vnde dicit. Si autem putet/ ſubaudi reminiſci rem,non faciens,ſed tempus reminiſcit̃: ⁊ loco rei aliam rem:hic putat meminiſſe:nihil enim prohibet falli aliquem:vt ſi fallatur in re,⁊ non in tempore:⁊ ſibi videri meminiſſe/cum non meminit.

Quāq̃ꝫ fieri non pōt:vt qui meminit,ſe meminiſſe non aduertat ſed id eum lateat.naꝫ meminiſſe:idipſum eſt.At ſi negocium abſqꝫ tēpore,aut contra tempus abſqꝫ negocio,iacentem aiuꝫ extimularit:haudquaq̃ꝫ meminit.

Agentem autem memoria,non putare ſed latere dum meminit:non eſt.hoc enim erat:ipm̃ meminiſſe.Sed ſi is qui rei,fiat ſine eo qui tēporis,aut hic ſine illo:non meminit.

Cōmentarium. Secūdo aliquis decipitur:vt cuꝫ rē reminiſcit̃:nō aūt tēpus:hic enī reminiſcitur:ſed non putat reminiſci,quoniam rem meminit,tempus non meminit.vnde dicit. Agentem autem memoria,hoc reminiſci rem,non putare auteꝫ ſe rē reminiſci,ſed latere dum meminit,non eſt reperibile:non enim fieri poteſt,vt aliquis rem meminit,⁊ tempus non:⁊ dicatur meminiſſe:lꝫ enim reuera meminit:non tamen dicitur meminiſſe:niſi tempus meminerit. Propterea dicit,ſed ſi is motus qui rei eſt fiat ſine eo motu,qui tēporis eſt,aut qui temporis ſine illo qui rei eſt,hic non meminit.Dicit Themiſtius ꝙ morbo aut motione accidit,vt aliquis non meminiſſe ſe animaduertat:qui reꝫ meminit.Et quidem morbo hoc fieri poſſit:nemo eſt,qui dubitat.Motione vero:quoniam ſępe accidit:vt aliquis occupatus impenſius aliquibus rebus:motu obiter occurrente id occurrat: qđ al's cognouit:oblitus tamen temporis propter occupationem:dicit ſe nūq̃ꝫ hoc cognouiſſe.Sępe enim credo noua ſcribere:quę decies ſcripſi:⁊ huius rei cauſa eſt,quoniā rei eſt cognitio,non temporis.

Cęterum tempus illud: duplex eſt. nam interdum quis certum tempus non adhibet,vt cum ſe feciſſe non pridie ſed aliquando,meminit:interdum,etiam adhibet. Veruꝫ meminiſſe dicitur:etiaꝫ ſi certum tēpus minime adhibeat.nam vulgo dici ſolet,equideꝫ memini factum,ſed quando non memini:cuꝫ de tempore facti non conſtat.

Qui vero eſt temporis:duplex eſt.aliquando enim menſura non meminit ipſum:vt ꝙ tertia die,ꝙ tamen aliquando fecit:aliquando auteꝫ,⁊ menſura.Sed meminit:q̃ꝫuis non mēſura. conſueuerunt enim dicere,ꝙ meminerunt quidem,quando tamen neſciunt:cum ipſius quādo non cognoſcūt quantitatem metro.

Cōmentarium. Oſtendit nunc diuerſum reminiſcendi modum ex parte temporis,⁊ dicit.Motus vero qui temporis eſt,duplex eſt. Aliquando enim menſura quis non meminit ipſum tēpus, recordatur enim tempus/non tamē ſub certa menſura:vt puta ꝙ tertia die fecerit,cum tamen aliquando tertia fecerit reuera.Et hic eſt vnus modus reminiſcendi: deinde exponit ſcđm/⁊ dicit. Aliquando autem ⁊ tempus meminit menſura:ſed meminit q̃ꝫuis non menſura:hoc eſt aliquando meminit tempus ſub menſura.ſ.quia in tempore pręterito:non tamen certa menſura.Probat auteꝫ hoc ex vſu loquentium:⁊ dicit.Conſueuerunt enī homines dicere,ꝙ meminerunt quidem alicuius rei vt pręteritę:quando tamen: neſciunt,neſciunt enim quando fuerit,cum ipſius quando hoc eſt ipſius temporis quantitatē metro ac menſura determinata non cognoſcunt.hoc modo(vt Themiſtius dicit)vtuntur qui ſe cauſis ſubſignant,cum ijs de tempore facti non conſtat.Hactenus de differentia modorum reminiſcendi ex parte temporis.

Quibus pręcipua ineſt memoria:non eiſdē ⁊ reminiſcentiam ineſſe eximiam:diximus ſupra.Diſtat vero memoria a reminiſcentia: non ſolum ratione temporis,ſed in eo quoqꝫ ꝙ ⁊ complures alię animantes memoria participant,reminiſcentia nulli ex omnium animaliū numero quorum natura cōperta exploratāqꝫ habeatur,pręterq̃ꝫ homini,conceſſa ſit.

Et igitur non ijdem ſunt memoratiui ⁊ reminiſcitiui:in prioribus dictum eſt.Differt auteꝫ ipſum meminiſſe ab ipſo reminiſci:non ſoluꝫ ſm tempus,ſed ꝙ ipſo quidem meminiſſe et aliorum animalium participāt multa,ipſo autem reminiſci nullum vt ita dicam quę cognoſcuntur animalium,niſi homo.

Cōmentarium. Dictuꝫ eſt ſuperius,ꝙ memoria ⁊ reminiſcentia quando eidem ſubiecto generi competunt,differāt aptitudine:quoniam bene reminiſcentes,cōmunicet,male memorari conſueuerunt.Amplius ⁊ tempore:quoniam memoria ſemper tempore reminiſcentiam pręcedit:non enim quis reminiſci poteſt niſi ex eis:quorum habet memoriam. At nunc dat tertiam differentiam,ꝙ reminiſcentia ſolis hominibꝰ conceſſa ſit,memoria multis alijs animalibus. vnde dicit. Et igitur non ijdem ſunt memoratiui,⁊ reminiſcitiui,in prioribus dictum eſt propter duas differentias,nunc addit tertiā ex parte ſubiecti:⁊ dicit.Differt autem ipſuꝫ meminiſſe ab ipſo reminiſci non ſolum ſm tempus, ſubaudi ⁊ aptitudinem:ſed ꝙ ipſo quidem meminiſſe,⁊ aliorum animalium participant multa:ipſum autem reminiſci nulluꝫ,vt ita dicam,animalium eorum quę cognoſcuntur,⁊ ad notitiā noſtram venerunt/niſi homo.Dicit autem hoc,quoniam quidam poſuerunt quędam animalia vltra hominem etiā reminiſcentia:verum ipſe non nouit,quę iſta ſint.Sed dices pygmeus reminiſcitur,vt dicit Ariſtoteles libro de animalibus.Signuꝫ autem quia pygmei parant bellum ꝯ grues: quę veniunt ad eorum campos deſtruentes cibos eorum. Non auteꝫ pararent,niſi reminiſcerētur.Pręterea pygmei ſunt logiſtici,⁊ dianoetici:vt 2° de anima declarauimus.ğ reminiſcūtur.Uno mō pōt dici,ꝙ Ariſtoteles appellatione hominis,intellexit pygmeos:aliquando enim illos homines appellauit.Uel dicendum,ꝙ Ariſtoteles per reminiſcentiam intelligit perfectam reminiſcentiam:quę nō ſolum eſt particularium,ſed vniuerſalium apphenſionum:⁊ hanc ſolus homo habet.

Cauſa cur ita,eſt:ꝙ reminiſcentia veluti ſyllogiſmus quidam,id eſt ratiocinatio,exiſtit.nā qui reminiſcitur:ꝙ prius audierit,viderit,aut quippiam id genus fecerit,rōcinari aſſolet.

Cauſa autē:quia ipſum reminiſci,eſt vt ſyl-



Ayuntamiento de Madrid

logiſmus quidam. ꝙ enim prius aut vidit, aut audiuit, aut aliquid huiuſmodi paſſus fuit: ſyllogizat reminiſcens.

Cõmentariuꝫ

Ꝙ reminiſcẽtia ſit ſolius hominis: probat dupliciter. Primo quidem, quoniam reminiſcentia eſt, vt quidam ſyllogiſmus, quatenus in ea ab aliquibus prius notis deuenimus ad ignota: modo ſyllogiçare proprium hominis eſt, vnde dicit. Cauſa autem, quia ipſum reminiſci eſt vt ſyllogiſmus quidam, quod oſtendit (⁊ ingt) qđ enim prius aut vidit, aut audiuit, aut aliquid huiuſmodi paſſus fuit per interiores ſenſus aut intellectum, ſyllogiçat reminiſcens: quĩ procedit ab vno ad alterum, velut ſyllogiçans.

Item: quaſi diſquiſitio quędam. diſquiſitionem vero ijs ſolis natura tribuit: quibus cõſultandi deliberandiqꝫ ratio competit. etenim cõſultatio ſiue deliberatio: ratiocinatio q̃dã eſt.

Et eſt vt inquiſitio quędam. hoc autem quibus ⁊ deliberatiuum ineſt: natura ſolum accidit. etenim ipſum deliberare: ſyllogiſmus q̃dam eſt.

Cõmentariuꝫ

Hoc idem probat, quoniam reminiſcentia eſt quędaꝫ inquiſitio deliberatiua: quę non ineſt niſi hominibus, quibꝰ ineſt deliberatio. ⁊ dicit. Et eſt, vt inquiſitio quędam, hoc autem. ſ. inquiſitio ineſt his, quibus ⁊ deliberatiuum natura ineſt: ac accidit. Reducit autem hanc rationem ad primam, ⁊ dicit. Etenim ipſum deliberare ſyllogiſmus quidam eſt, tunc completur ratio: cum nulli aliorum animalium inſit ſyllogiſmus. Fit vt nullum niſi homo reminiſcẽtię ſit particeps. Hic Themiſtius plane dicit ꝙ reminiſcentia operatio ſit intellectus: quoniam (vt inquit) alia virtus q̃ intellectus cogitare, ⁊ conſultare poteſt, ſola aũt mens ac intellectus reminiſcitur: hoc idem ſuperius dixit, Verum de his poſtea.

De virtute reminiſcendi. Cap. 8.

Porro affectionem ipſam corporalem eſſe, ⁊ reminiſcentiam diſquiſitionem in tali viſo, inditium eſt: ꝙ nõnulli obturbari ſolent, ⁊ cũ reminiſci non poſſunt.

Ꝙ autem corporeum quiddam paſſio, ⁊ reminiſcentia inq̃ſitio in tali phantaſmate, ſignũ: turbari quoſdã cũ non poſſunt reminiſci.

Cõmentariuꝫ

Vt mihi videtur, oſtendit, ꝙ lꝫ reminiſcentia ſit actꝰ intellectus, tamen non eſt ſine organo corporeo: quoniaꝫ nõ eſt ſine motu de vno phantaſmate ad aliud, modo hic motus phantaſmatum non poteſt eſſe ſine ſenſu communi phantaſiante illa: quemadmodum nec intelligere eſt ſine phantaſmate: ⁊ ſic exponit Themiſtius, vnde dicit. Ꝙ autem corporeum quiddam ſit ea paſſio: quę dicitur reminiſcentia, ſignum eſt diligens inquiſitio, quę fit in tali phantaſmate. vnde lege ſic. Ꝙ autem ⁊ reminiſcentia ſit paſſio, quę eſt quid corporeum, ⁊ inquiſitio in tali phantaſmate: ſignum eſt turbari quoſdam / cũ non poſſunt reminiſci, turbantur dico: quoniam quadã inquietudine p̃muntur.

Et cum cogitationẽ reprimunt conanturqꝫ non vltra reminiſci.

Et valde cohibentes intelligentiã ⁊ non amplius conãtes reminiſci, nihil minus,

Cõmentarium

Secundum ſignum ponit, ex eo, ꝙ reminiſcentes valde cohibent intelligentiam, tam ſi conantur reminiſci, q̃ etiaꝫ ſi non conantur reminiſci: dato enim ꝙ ceſſarunt a labore reminiſcẽdi, adhuc intelligentia manet cohibita ac preſſa: vt docet experientia. vnde dicit. Et qui conantur reminiſci, ſunt valde cohibentes, ac reprimentes intelligentiam ad phantaſmata, ⁊ etiam non amplius conantes reminiſci, nihil minus etiam intelligẽtiam reprimunt: quoniam non reſtat quieta. Vel legantur hęc verba continuando ipſa ad precedentia hoc pacto. Et ſignũ eſt ⁊ qui reminiſci conant̃: eſſe cohibentes valde intelligentiaꝫ ad phantaſmata, ⁊ nõ amplius conantes reminiſci: nihil minus cohibẽt intelligẽtiam adhuc velint nolint ad phantaſmata.

Et potiſſimum quos atra bilis exercet. hos eniꝫ maxime phantaſmata mouent.

Et maxime melancholicos. hos enim phantaſmata mouent maxime.

Cõmentariuꝫ

Hic ponitur tertium ſignum ſumptum ab ipſis qui ſunt complexionis melancholicę: hi enim in reminiſcendo valde turbantur: quoniam hi maxime phantaſmatibus p̃mũtur: ⁊ lege ſic. Signuꝫ eſt etiam maxime turbari melãcholicos, quoniam hos phantaſmata mouent maxime. Hoc autem non fieret niſi reminiſcentia eſſet cum phantaſmate. Themiſtius hic oſtendit perpulchre, quomodo reminiſcentia non ſit ſine imaginatione per exempluꝫ. Dicit. n. quemadmoduꝫ qui librum vult legere: vertit ſe ad ea: quę in libro ſunt ſcripta: ita de reminiſcentia, ⁊ intelligentia iudicandum eſt, nam intelligentia comparatur legenti: cor / libro: phantaſmata lr̃is, nõ ergo eſt reminiſcẽtia ſine ſenſu.

Cauſa vero cur reminiſcentia in poteſtate eorum non ſit, eſt: ꝙ ſicut qui iaculatur emiſſum telum non vltra ſiſtere poteſt, ita qui reminiſci ⁊ veſtigare aliquid contendit, neſcio quid corporeum mouet cui affectio hęc ꝯſignat.

Cauſa autem eius ꝙ non in ipſis eſt reminiſci: q2 ſicut proijcientibus nõ amplius in ipſis ſiſtere, ſic ⁊ reminiſcens ⁊ inueſtigans, corporale aliquid mouet in quo paſſio eſt.

Cõmentariuꝫ

Ex hoc declarat ſolutionem cuiuſdam quęſiti. ſ. propter quid reminiſci non ſit in poteſtate noſtra: ⁊ operationes intellectiuę, quę ſunt ſine organo corporeo, ſunt in poteſtate noſtra: qui enim incipit reminiſci, non amplius in poteſtate eius eſt ceſſare a reminiſcentia: veluti qui incipit iraſci, non ilico eſt in poteſtate ſua ceſſare ab ira, quoniam ſunt operationes corporeę, vel cum motibus corporeis maxime coniunctę, vnde dicit. Cauſa autem eius, ꝙ ipſum reminiſci non ſit in nobiſipſis ⁊ ad voluntatem conſtitutum, poſtq̃ cępimus reminiſci, eſt, quoniam ſicut non amplius in ipſis proycientibus eſt ſiſtere telum emiſſum / ſic ⁊ reminiſcens, ⁊ inueſtigans mouet aliquid corporale. ſ. mouet phantaſma corporale, in quo reminiſcentia eſt. Quare ſicut telum emiſſum non eſt amplius in poteſtate proycientis, donec durat motus: ſic phantaſma motuꝫ ab ipſo reminiſcente poſtq̃ motum eſt, non eſt amplius in poteſtate eius, donec ceſſet a motu. ¶ Quo vero ad verba attinet, Ariſteles qui illud corporale poteſt intelligere cor qđ eſt corporale organum in quo eſt paſſio, vel motus phantaſticus: vel intelligere poteſt phantaſma, in quo eſt ipſa reminiſcẽtia: veluti intelligibilia in phantaſmatibus.

Maxime autem adagitari ſolent: quibus humoris copia circa ſenſariam ſedem redundat.

non enim

Ayuntamiento de Madrid

non enim facile tranquillatur motu ſemel inito: quouſq; id quod queritur occurrat, ⁊ motio ipſa recto inceſſu procedens ad metã vſq; perueniat.

¶ Maxime autem turbantur: quibus humiditas fuerit exiſtens circa locum ſenſitiuum. nõ enim facile pauſat mota: quouſq; accedat qḋ queritur, ⁊ recte procedat motus.

Cõmentarius ¶ Cum cauſam aſſignaſſet, propter quã poſtq̃ cepit quis reminiſci, non eſt in poteſtate eius quieſcere, oſtendit in quibus maxime accidat, vt poſtq̃ ceperunt reminiſci, non ſit in eorum poteſtate ceſſare, ⁊ eos eſſe, in quibus humiditas fuerit exiſtens circa locum ſenſitiuum: in quo loco phãtaſmata ſunt, vnde dicit. Maxime autem turbantur, ⁊ non ceſſat a motu reminiſcentie, quibus humiditas fuerit exiſtens circa locum ſenſitiuum, in quo phantaſmata conſtituuntur. Cauſam affert, ⁊ dicit. Non enim humiditas illa, in qua erant phantaſmata poſtq̃ mota eſt, facile pauſat, ⁊ ſic nec phantaſmata facile ceſſant a motu: poſtq̃ ceperunt moueri motu humiditatis: donec accedat, qḋ queritur, et motus recte procedat ad metam, ad quam cum peruenit, ipſe finiatur.

¶ Quãobrẽ ⁊ metus ⁊ ire ſimulatq; cõmote ſunt: ſedari, q̃libet repugnantibus illis, non poſſunt. ſed eodem contranituntur.

¶ Unde ⁊ ire ⁊ timores cum cõmoti fuerint: contramouentibus iterum his non ſedantur, ſed ad idem contramouent.

Cõmentarius ¶ Qḋ dixerat, declarat per ſimile, ⁊ primo ex paſſionibus, ⁊ dicit. Unde ⁊ ire, ⁊ timores cum cõmoti fuerint, etiã nobis iterum contramouentibus contraq; nitentibus his: non ſedantur: ſed ille paſſiones ad idem ad quod ceperunt tendere, contramouent nos: eodem modo poſtq̃ quis cepit reminiſci, dato ꝙ velit deſiſtere, motum ſedare non põt.

¶ Atq; perinde euenit: atq; ijs qui paulo concitatius validiuſq; nomina aliquot orationem vere cenſuere, aut cantionem aliquã emodulati ſunt. nam vbi ceſſarunt: iterum, etiam inuitis, canere ac loqui ſubit.

¶ Et ſimilis eſt hec paſſio: nominibus ⁊ melodijs ⁊ orationibus, cum per os ſit aliqḋ ipſoꝝ vehementer. pauſantibus enim ⁊ non volẽtibus: ſuperuenit iterũ cantare, aut dicere.

Cõmentarius ¶ Secundum ſimile eſt ex quibuſdam actionibus noſtris ſumptum: ⁊ dicit. Et ſimilis eſt hec paſſio que reminiſcentia dicitur, nominibus, ⁊ melodijs hoc eſt cantilenis, ⁊ orationibus proſaicis, vel carminibus, cum per os ſit aliquod ipſorum vehementer prolatum. Nam pauſantibus ⁊ non volentibus illa nomina proferre, aut cantilenas cantare, aut orationem dicere, ſuperuenit inuitis iterum cantilenas cantare, aut orationem dicere, aut nomina proferre, vt quilibet experitur. Et cauſa eſt, vt Themiſtius innuit, vox impetuoſe mota: que non facile ceſſat.

Utrũ paſſiões ſint i poteſtate nr̃a. ¶ Sed dubitatur quoniam Ariſtoteles libro ſecũdo rhetoricorum voluit paſſiones noſtras eſſe redactas ad voluntatem nr̃am, ſed voluntas noſtra eſt libera, ergo omnes iſte actiões ſunt in poteſtate noſtra. Preterea cũ has actiones agimus: vel eas agimus volentes, vel non volentes. Nõ eſt dicendum ꝙ eas agimus non volentes: quoniam non puniremur, vel non ageremus. Si volentes, ergo ſunt in poteſtate noſtra. hec queſtio fuit diſputata tertio de anima. Breuib⁹ tamen dico: ꝙ voluntas eſt formaliter libertas cõtradictionis ſm̃ Ariſtotelem vbiq;: vt nunc ſuppono: non tamen eſt formaliter libertas indifferentie: quoniam ad aliquos actus non eſt eque differens: ſ; ad omnes ſic cõtradictorie ſe habẽs. Tũc dico, ꝙ omnes motus animales ⁊ rationales tã ante q̃ ceperint: q̃ poſtq̃ ceperint: ſunt liberi libertate contradictionis: ⁊ ſic iratus libertate contradictionis poteſt ceſſare ab ira: vt argumenta cogunt: quoniam volens iraſcitur: modo voluntas eſt formaliter contradictionis libertas. ergo libere libertate contradictionis iraſcitur. Secundo dico ꝙ paſſiones poſtq̃ ceperunt, ⁊ in primo motu, non ſunt in poteſtate noſtra. probatur: quoniam voluntas ad illas nõ eſt libera libertate indifferentie: propendet enim ad illas ob impetum inchoatum: vt Ariſtoteles dicit, ⁊ quoniam non eſt voluntas libera ad illas libertate indifferẽtie, ideo non imputantur nobis, ⁊ hoc eſt quod dicitur: ꝙ primi motus non ſunt in poteſtate noſtra. Uerum animaduerte, ꝙ iſti primi motus non ſunt in omnibus equales. In aliquibus enim citius, in aliquibus tardius ſedantur: propter diuerſitatem nature. Per hec patet ad argumenta.

¶ Ceterum illi quibus ſuperiora proportione reliqui corporis ſũt vaſta, quiq; forma pomilionis degenerant: minus memoria valent: q̃ qui contrario ſunt habitu. ꝙ ipſa ſentiendi vis pondere grauiore opprimatur: ꝙq; nec initio inherere ac deſiſtere forme rerum poſſint, ſed diſſiliant, nec cum reminiſci volunt, recto itinere ſequantur reddanturq;. Sane impendio pueri, ⁊ admodum ſenes: immemores ſunt, propter motum quem ſuſtinent. nam hi: valde minuuntur. illi vero: magnum ſubeunt incrementum. adde etiam: ꝙ vſq; ad etatẽ prouectam, ſimiles nanis ſunt.

¶ Sunt autem ⁊ ſuperiora maiora habentes, ⁊ nani: peius memoratiui q̃ contrarij. ꝓpterea ꝙ grauitatem multam habent in ſenſitiuo: ⁊ quia neq; a principio motus poſſunt imanere ſed diſſoluuntur, neq; in reminiſcendo facile recte procedunt. Penitus autẽ iuuenes, ⁊ multum ſenes: imemores ſunt, propter motũ. hi enim, in decremento: illi vero, in augmẽto multo ſunt. amplius autem pueri: ⁊ nanoſi ſunt vſq; ad longam etatem.

¶ Scḋm Themiſtium Ariſtoteles quaſi ex dictis vult aſſignare cauſam quare pomiliones pueri, ⁊ ſenes immemores ſint ⁊ male reminiſcitiui, ⁊ dicit. Preterea, ⁊ ſuperiora habentes maiora, ſiue pueri, ſiue nani, ſiue ſenes, ſiue iuuenes ſint, ⁊ pomiliones, qui grece nani dicuntur: peius memoratiui, hoc eſt peius reminiſcitiui ⁊ magis immemores ſunt: q̃ illi, qui ſunt his contrario modo diſpoſiti. probat, ⁊ dicit. Propterea ꝙ grauitatem multam habẽt in ſenſitiuo, hoc eſt in ſenſorio quod eſt cerebrum. Cerebrum enim non eſt ſubiectum ſenſuum, ſed organum congregationis omnium phantaſmatum. Organum vero in quo ſen- Cõmentarius

Ayuntamiento de Madrid

ſatio preficitur, eſt cor: vt libro de ſomno patebit: ꝛ quia multum habent grauitatem in cerebro: imagines nõ poſſunt in eo imprimi. In tam enim obeſa, ꝛ craſſa materia deſignari, aut exprimi formę rerum non poſſunt. Cerebrũ enim grauatũ multitudine materię: non facile recipit. Pręterea dato ꝙ aliquę imprimantur, ꝛ in ea motus fiat a pñcipio: non poſſunt diu immanere, ac ſiſtere: ſed diſſoluuntur propter humorum confuſionez. Ad hęc dato ꝙ aliquę diu permaneant, in reminiſcendo non facile recte procedunt, quoniam non poſſunt regulare motum tantę materię: nec ordinare tantam humorum confuſionem. Et propter eaſdem cauſas pęnitus iuuenes, hoc eſt pueri: in quibus augmentuz maxime viget: ꝛ multum ſenes immemores ſunt, ꝛ male reminiſcitiui: ꝛ cauſa eſt ꝓpter motum humorum, vt diximus. Hi eniz ſcilicet decrepiti in decremẽto: illi vero, in augmento multo ſunt. Addit ꝙ hęc ratio in pueris eſſe poteſt, quę in pomilionibus: quoniam pueri vſqꝫ ad longam ętatem, ſcilicet vſqꝫ ad ętatem prouectã, ſunt ſimiles nanis, inquantum habent ſuperiora maiora, ſicut nani. Patet igitur quas ob cauſas pomiliones, pueri ꝛ decrepiti, ꝛ quicunqꝫ habent ſuperiora maiora, ſint immemores maleqꝫ reminiſcentes. Qua ratione patet nõ oẽs qui male meminerunt, bene reminiſcantur. Fallit enim in his omnibus: vt patet.

**¶ Ergo quid ſit memoria, quid meminiſſe, qua facultate animalia meminerint, item quid reminiſcentia, quid reminiſci, quẽadmoduz fiat, ꝛ quam ob cauſam: dictum eſt.**

**¶ De memoria igitur ꝛ ipo meminiſſe, quę ſit natura ipſorum, ꝛ qua earum quę ſunt animę meminerint animalia, ꝛ de ipo reminiſci quid ſit, ꝛ quomodo fiat, ꝛ propter quam cauſam: dictum eſt.**

Cõmentariuz

¶ Epilogat, ꝛ dicit. De memoria igitur ꝛ ipo meminiſſe, quę ſit natura idest definitio ipſorum: ꝛ qua parte earum partium: quę ſunt animę, meminerint animalia ſcilicet cõmuni ſenſu: ꝛ de ipſo reminiſci quid ſit, ꝛ quo modo fiat, ꝛ propter quam cauſam, dictum eſt.

De reminiſcẽtia q̃ſtio.

¶ Sed ex his, quę Ariſtoteles dicit, non ſatis habemus exploratum, cuius ipſuz reminiſci actus, vtruz ſit actus intellectus, an ſenſus: ꝛ ſi actꝰ ſenſus, cuius ſenſus. ¶ Ex his enim quę Themiſtius dixit in hoc libro, videtur ꝙ reminiſcentia ſit actus mentis, ac intellectus. ¶ Ex his vero: quę Ariſtoteles dixit: videtur ꝙ ſit actus ſenſitiuus, quoniam Ariſtoteles velle videtur reminiſcentiam eſſe actionem corpoream; non tamen expſſit cuius ſenſus actus ſit. Candauenſis in hoc loco ſimpliciter voluit reminiſcentiam eſſe actum ſenſitiuum, tum q̃a eſt circa ſingularia: tum etiam, quoniam cum cępit, nõ ceſſat, quod eſſe non poteſt, niſi quia eſt motus ſenſitiuus corporeus. Pręterea actus iſte impeditur a re corporea, ergo eſt corporeus. Propter hęc tenet, ꝙ ſit actus virtutis cogitatiuę: quam gręci dianoeam vocant, vt Themiſtius expoſuit ſuperius. Cap. 14

¶ Sed dubitatur, contra hanc opinionẽ: primo quia Ariſtoteles in his libris non poſuit niſi ſenſum communem, quem nunc phantaſiam, nunc primum ſenſitiuum appellat, ꝛ in corde. Amplius poſuit quandam virtutem in cerebro: in qua ſeruantur, ꝛ congregantur phantaſmata: quaz non ſenſum vocat, quoniam non cognoſcit, aut ſentit, ſed ſeruat appręhenſa ipſa, ergo per ea: quę Ariſtoteles in his libris dixit: reminiſcentia non poteſt eſſe actus cogitatiuę: niſi cogitatiuam velit eſſe cõmunem ſenſum: quod non aſſerit Auerroes: quem ipſe ſequitur. Pręterea reminiſcẽtia videtur actus intellectus, reminiſcimur enim actum, ꝛ intellectionum, quaruz reminiſcentia nõ poteſt eſſe in ſenſu: ideo res hęc dubia eſt. Expoſitor in commentarys ſuis aſſerit reminiſcentiam eſſe actuz corporeũ, non quidem intellectus: ſed actuz virtutis ſenſitiuę: quę in homine eſt nobilior q̃ꝫ in cęteris animalibus, propter coniunctionem: quã habet ad intellectum. Dicendum igitur ꝙ veluti memoria non eſt virtus intellectiua, ſed ſenſitiua, ſic virtus, qua reminiſcimur: nõ eſt virtus intellectiua, ſed ſenſitiua. Amplius ſicut meminiſſe nõ eſt per ſe actio intellectus, ſed actio ſenſitiuę partis: ſic reminiſci non eſt actio intellectus: ſed actio ſenſus communis: qui in homine eſt phantaſtica virtus, ꝛ dianoetica apud Ariſtotelem in his libris. Cuz vero dicitur: ꝙ nos reminiſcimur intellectionuz, concedo, non tamen quatenus reminiſcentia eſt actus intellectus: ſed quatenus reminiſcentia eſt actus ſenſus cõmunis: in quo ſunt phantaſmata: in quibus ſunt intellectiones ꝛ intelligibilia: vt colores in pariete. Intellectus ergo denominatione intrinſeca intelligit, denominatione vero extrinſeca reminiſcitur: quoniã non reminiſcitur ex illis: quę ſunt ſeruata in ipſo, ſed in parte ſenſitiua: in quibus ſunt intelligibilia: quę intellectus denominatione extrinſeca dicitur reminiſci. Et de libello hactenus.

Finis Piſis. M.D.XXI. die. XXVII. May.

Ayuntamiento de Madrid

LIBROS DEL DR. L...CO

¶ Ariſtotelis de ſomno ⁊ vigilia Libellus, cū Auguſtini Niphi Medices Phi Sueſſani cōmentariȷ̈s ad Andream aquauiuam Atrianum Principem.

Prefatio.

Lucubrationes atq; ſtudia illuſtriſſime Priceps veteres auctores pluribus de cauſis viris inſignibus dicare cōſueuerūt. Aut enim vt ab illis probētur, aut vt auctoritatis non nihil capiāt, aut vt eos adulationibus alliciant, aut vt ſtudioſis ſuaſionibus ipſos erudiant, aut vt promereantur, aut alȷ̈s rationibus. Ego ꝟo cōmētariolū hunc, quē Ari^les de ſomno ⁊ vigilia inſcripſit, tibi dedico, tum vt fructum tui iudicȷ̈ de ipſo ſentiam. Eſt eniꝫ tuum iudiciū ampliſſimum: atq; grauiſſimuꝫ: tum potiſſimum, vt cōtra maledicos atq; detractores defenſionis clauam aſſumas. Es enim qui inter Principes non modo micas, ſed etiam inter lr̄atos omni diſciplinarū genere ceteros precellis. Uale.

¶ Ariſtotelis de ſomno ⁊ vigilia Libellus, cū Auguſtini Niphi Medices Phi Sueſſani commentariȷ̈s.

Cōmentariuꝫ ¶ Sed dices ꝯtra Democritū cur hęc idola multiplicata a ſenſibilibus ꝓcul exñtibꝰ potius nocte deferunt̄ q̄ꝫ die. Amplius cur potius ſomno ꝑcipiunt̄ ⁊ faciunt ſomnia. ¶ Rñdet Ariſtoles ꝓ Democrito,⁊ dicit hoc accidere ex ꝑte noctis,⁊ ex parte noſtra:⁊ dicit. Et quocūqꝫ motus iſti fuerint pertingētes magis ſenſibiles eſſe nocte,aſſerit,eo ꝙ qui in die deferuntur,diſſoluunt̄,quoniā aer noctis tranqlior,⁊ magꝭ ſine turbatione eſt,eo ꝙ noctes ſilētiores ſint.ergo ex parte noctis melius deferunt̄. Secūdo hoc idē ꝓbat ex parte noſtra:⁊ dicit. Et in corpore dicit hęc idola facere ſenſuꝫ in ſomno,ꝓpter ſomnū:eo ꝙ (vt dictuꝫ eſt) ⁊ paruos motꝰ q intrinſecus ſunt,vt motum cholerę,aut flegmatis ſentiūt dormientes magis q̄ꝫ vigilantes,tūc recolligit opiōneꝫ Demo. ⁊ dicit. Hi ꝟo motus venientes extrinſecus phātaſmata faciūt in nobis,ex qbus fiunt ſomnia:⁊ ſomniātes,de hꝭ:q̊rū principium nō eſt in nobis:futura ꝓuident. Hęc eſt opinio Democrita,per quā vult hīc ꝙ ſomnia nō ſint a deo.

¶ Et ob id:qbuſuis ſine lege vlla,nō prudētiſſimis,pręſagare ꝯtingit:nā ſi deꝰ ſomnia mitteret:ꝑſagia interdiu fierēt,⁊ ſapiētibꝰ darentur. Sic aūt ſtolidiſſimos quoſqꝫ ꝓuidere par eſt:mens eni oīum id genus hoīum curis referta nō eſt:ſed quaſi deſerta ⁊ cogitatiōibꝰ vacua:hꝫ ⁊ cū mouetur:id qd̓ eā mouet,ſequi ſolet.

¶ Et ideo:accidit paſſio hęc quibuſlibet,⁊ non prudētiſſimis:in die enim vtiqꝫ fieret,⁊ ſapiētibus:ſi deus eēt mittens. Sic autem veriſile:quoſlibet ꝓuidere:nam intelligentia horuꝫ nō eſt curis affecta:ſed tāq̄ꝫ deſerta ⁊ vacua oībꝰ:⁊ mota:ſm mouens ducitur.

Cōmentariuꝫ ¶ Ex his vult ꝯcludere ſm Democritum ꝙ nō fiāt ſomnia a deo,vel fortaſſe hoc qd̓ hic ꝯcludit,eſt primū qd̓ cōcludit de mēte propria:⁊ dicit. Et ideo,accidit paſſio hęc quibuſlibet hominibus indifferenter ſm Democritum,⁊ non prudentiſſimis ſolum:quoniā ſi accideret prudentiſſimis ſolū, fieret hęc paſſio de die:⁊ ſapientibus ſi deus hęc mitteret:qm̄ ꝟo ſm Democritū non a deo fiunt,ſed per defluxionē idolorum:ideo veriſimile eſt quoſlibet homines poſſe per ſomnia ꝓuidere,⁊ quidem in ſomno:nam intelligētia horuꝫ dormientium non eſt curis affecta ſicut de die,ſed eſt tāq̄ꝫ deſerta ⁊ vacua omnibus,⁊ mota ducitur ſm mouens,⁊ ꝓ ratione eius,qd̓ ipſam mouet. Per quę (vt Themiſtius innuit) vult habere,ꝙ pręuidere per ſomnia potius noſtra ⁊ in ſomno eſt,q̄ꝫ in vigilia ⁊ in die:⁊ hoc tenēdo ꝙ aliqua ꝑſcientia ſit per ſomnium:hoc eſt primum fortaſſe qd̓ Ariſtoteles aſſerit.

¶ Quoſdaꝫ ꝟo eſſe qui in exceſſu mētis futura ꝑſentiant,id cauſę eſt:ꝙ vernaculi motꝰ illos nō infeſtēt,ſed procul ab eis ſubmoueātur:ex quo fit:vt peregrinos maxime ſentiant.

¶ Et ꝙ qdam ecſtatici pręuident,cauſa eſt:qm̄ proprij motus non infeſtant,ſed lōge proijciūtur:extraneos ergo maxime ſentiunt.

Cōmentariuꝫ ¶ Cum declarauit,ꝙ ipſa pręſcientia per ſomnia magis noſtra ⁊ in ſomno accidat,q̄ꝫ interdiu,⁊ in vigilia,hic vult declarare,quibus magis pręſcientia accidat:⁊ dicit. Et ꝙ quidam ecſtatici,hoc eſt mente occupati pręuideant ⁊ pręſagiant futura. Cauſa eſt,quoniaꝫ his ineſt mens ſilenta, deſerta,ac cogitationibus proprijs vacua,quarum plenus animus philoſophantium eſt,vnde inquit. Quoniaꝫ ꝓprij motus non infeſtant eorum ſenſus, ſed longe proijciuntur et ſentiunt,⁊ ita extraneos maxime ſentiunt:⁊ qui extrinſecus generantur.

¶ Eſſe item aliquos qui certiſſima ſomnient,⁊ de neceſſarijs ⁊ amicis ſuis potiſſimuꝫ quęqꝫ futura ꝓuidere,hinc euenit: ꝙ neceſſarij de ſe mutuo impenſe ſolliciti ſunt:vt enim de lōginquo ſe maxime agnoſcūt ⁊ ſentiunt:ita ⁊ ſuos quoqꝫ motus:quandoquidem:rerum notiorꝫ motiones,notiores habentur.

¶ Quoſdam autem recte ſomniantes eſſe,⁊ notos de notis maxime ꝓuidere,accidit:eo ꝙ noti maxime pro ſeinuicē ſolliciti ſunt:quēadmodum enī procul exiſtentes maxime cognoſcūt ⁊ ſentiunt:ſic ⁊ motus:notiorum eniꝫ:notiores ſunt motus.

Cōmentariuꝫ ¶ Tertio declarat,de quibus ſomnia magis eſſe ſoleant:et dicit. Pręterea accidit ⁊ quoſdam eſſe ſomniantes recte: et pręſertim de notis maxime notos ⁊ ſibi cognitos prouidere:vt de amicis,filijs,⁊ id genus. Cauſam affert,⁊ dicit,hoc eſſe,eo ꝙ noti ⁊ nobis cogniti magis ſunt in noſtra cura ac ſollicitudine. Videmus enim ꝙ quando aliqui ſunt inuicē noti procul occurrētes mox ſe cognoſcūt,⁊ hoc propter notitiam,ſic ⁊ motus phātaſtici qui ſunt de nobis notis occurrente ſępe in nocte:quoniam fortiter ſunt illorum ſpēs impręſſe,⁊ ſic fortiores ſunt in mouendo:vt dictum fuit proximo libro. Cauſam affert,⁊ dicit. Notiorum eniꝫ notiores ⁊ frequentiores ſunt motus phantaſtici.

¶ Melāncholici ꝟo:ꝓꝓ naturę ſuę vehemētiā, eminus iaculatorꝫ mō,collimāt,necnō ꝓꝓ mobilitateꝫ:ocyſſime qd̓ cōſequens annexūqꝫ ſit, imaginant̄. Nā quēadmodū qui furore perciti ſunt poemata Philęgidę ſerie quadā cohi-

Ayuntamiento de Madrid

bili cōſtantia, dicere ac meditari, vt venereꝫ, ⁊
ita ad finē vſqꝫ ꝑmere ſolēt: ita melācholici vi/
ſa q̄ perinde colligata ſint, celeriter recurrūt.

¶ Melācholici aūt: ꝓpter vehemētiaꝫ, queād/
moduꝫ iaciētes, de lōge bene ꝯiectāt: ⁊ ꝑꝑ per/
mutationē: cito adherēs imaginant̄ ipſi. Quē/
admodum enim Philegidę poemata: et qui
furioſi ſunt adherentia ſimili dicunt ⁊ intelli/
gunt, veluti ſpumigenam: ⁊ ſic copulant ad id
quod longe.

Cōmentariuꝫ ¶ Quarto declarat, ꝙ melancholici ad diuinandū ⁊ ad con
iectandū futura, melius diſpoſiti ſunt, non ſolum in ſomno,
ſed in vigila, ⁊ huius rei cauſam ex ordine phātaſmatum in
eis cōperto, ⁊ multitudie, adeo ꝙ vno motu facto, ordiate
ꝯiectant oēs, vnde dicit. Melācholici aūt ꝑꝑ vehemētiaꝫ/
ac ſuę naturę ꝑcacitatē/ queādmodū iaciētes, hoc eſt vena/
tores hn̄tes telū vt illud in feram ꝓyciāt, de lōge bene con
iectāt. Ut eni venatores viſa fera etiā ꝓcul ꝓpter bonū or/
dinē teli, ⁊ alioꝝ: quę pro capiēda fera ordinata ſunt, quaſi
poſſidēt ferā, ac manu tollūt, ita melācholici efficacia ani/
mi rapida q̄ſi anticipant futura/ ⁊ ꝓpter ꝑmutationeꝫ faci/
lē quā hn̄t ad oia ꝯſequentia, vno ſigno appħenſo, cito ipſi
imaginant̄ qđ illi ſigno eſt adherēs ⁊ cōſequens. Quemad/
modū eni poemata Philęgidę, quę nec ꝑſonarū (vt The/
miſtius ingt) nec narrationū diſputate interpollant̄, ſꝫ cō/
ſequētia annexaqꝫ ſunt, facile audimus, ⁊ ꝓperantes abſol/
uimus: ſic ⁊ qui furioſi ⁊ melācholici ſunt adherentia/ h̄ eſt
ſerie ⁊ ordie cōſequentia vno ſimili cognito, dicūt ⁊ intelli/
gūt, veluti ſpumigenā/ hoc eſt Uenerem qs a ꝓncipio dice/
ret, ⁊ vſqꝫ ad finē prę meret, ſic inſani, ⁊ phanatici copulāt
pręcedētia ſigna ad id qđ ſequit̄. Patet ḡ tales hoies maxi
me eē diuinatiuos ꝑꝑ debitū ordinem phātaſmatū, ⁊ ima/
ginationū/ qui ꝯſequit̄ naturam melancholicam.

¶ Pręterea tāta cōcitatiōe rapi ſolent: vt mot⁹
eoꝝ ab alio motu elidi aut retorq̄ri nō poſſit.

¶ Amplius aūt ꝓpter vehementiā: non depel/
litur eorum motus ab alio motu.

Cōmentariuꝫ ¶ Aſſignat 2^am cām, ex vehementia motus quē hn̄t potius
intrinſecus, q̄ꝫ extrinſecus: ⁊ dicit. Amplius auteꝫ ꝑꝑ vehe/
mentiā motus, ac impꝛ̄ſſionem phātaſmatū in melancholi/
cis non facile repellitur motus ipſoꝝ a motu ſenſibiliuꝫ ex/
terioꝝ. ¶ Ex his Ari^les voluit hīe, ꝙ pręuidere futura po/
tius ſomno accidat q̄ꝫ vigilia/ amplius ꝙ ecſtaci, qui mēte
laborant, diuinare ſolēt. ¶ Rurſus melācholici, ⁊ phanati/
ci, ⁊ phyſicas cauſas aſſignauit: partim multitudine imagi/
nationū, partim ordine phantaſmatū, partim efficacia mo
tus interioris: qui non tollitur motu exteriori.

¶ Artificioſiſſimus ſomnioꝝ interpres hīi dꝫ:
qui ſiītudines ꝑſpicere poſſit: nā recta claraqꝫ
ſomnia interꝑ̄tari: cuiuſuis eſt. Dico ſiītudi/
nes: qm̄, vt et̄ ꝑmonui, ſpectra ſiīa euadunt ſi/
mulachris q̄ in torrēte apparēt: vbi ſi multa cō
motio fiat: nullę apparitiones aut ſimulachra
veris reb⁹ ſiīa reddunt̄. Acerrimus vo appa/
ritionū ꝯiector eſt: qui celeriter ꝑſpicere ⁊ di/
ſcernere pōt ſimulachra diſtorta alioqui ⁊ cō/
dita hoieꝫ aut equū aut aliud quodcūqꝫ id ſit,
referre. Et ſomnioꝝ itaqꝫ coniector optimus
eſt: qui ſiīe q̄ppiā internoſcere pōt: cuꝫ motio:
ſinceritatem ſomnioꝝ interturbare ſoleat. Sꝫ
quid ſit ſomnus, ⁊ qđ īſomniū, ⁊ qua de cauſa
vtrūqꝫ fiat, item de diuinatione quę ab inſo/
mnijs oriatur: dictum iam eſt.

¶ Artificioſiſſimus aūt eſt iudex ſomnioꝝ: qui
pōt ſiītudines inſpicere: recta enim ſomnia iu
dicare: cuiuſqꝫ eſt. Dico autem ſimilitudines:
qm̄ ſimilia accidūt phātaſmata eis quę in aqs
ſūt idolis, ſicut ⁊ prius dixim⁹. Ibi vo ſi mul/
tus fiat motus: nō ſimilis fit apparitio ⁊ idola
veris. Promptus vo erit emphaſes iudicare:
qui poteſt cito īſpicere ⁊ ſentire diſſipata ⁊ di/
ſtorta idoloꝝ ꝙ ſunt hoīs vel equi aut cuiuſ/
cūqꝫ. Et ibi itaqꝫ aliquid ſimile: pōt ſomniuꝫ:
motus enim: impedit rectuꝫ ſomnium. Quid
igit̄ eſt ſomnus ⁊ ſomnium, ⁊ ꝑꝑ quā cauſam
vtrūqꝫ hoꝝ fit, amplius aūt ⁊ de ea quę ex ſo/
mnijs eſt diuinatione: dictum eſt.

¶ Scōm aliquos Ari^les hic vult docere qūo ſomnia ſit in/ Cōmentariuꝫ
terꝑ̄tanda: quod non mihi placet, quoniam Ariſto^les lꝫ con/
ceſſerit futura a quibuſdā poſſe ꝓuideri: ſomnia non niſi ca/
ſu futura ꝑ̄ſagire ꝓbauit, ideo ſaluo meliori iudicio. Aiad/
uerte ꝙ iudicare ſomnia eſt duob⁹ modis. Uno quo ad ſi/
gnificationem futuroꝝ, ⁊ hoc non conceſſit Ari^les. Alio mō
quo ad cognitionem phantaſmatuꝫ in reꝑ̄ſentando: ⁊ ſic iu
dicare ſomnia eſt referre phātaſmata ad eas res/ quas reꝑ̄/
ſentant, ⁊ hoc eſt difficile ꝓpter cōfuſionem accidentem in
phātaſmatibus. Uidemus eniꝫ in nubibus imagines adeo
permiſtas aliquādo ⁊ confuſas, vt nō diſcernamus an ſint
hominis, an centauri. Docet ergo iudicare ſomnia inquan/
tum referunt ea: quorum ſunt phantaſmata: non autem in/
quātum ſign̄ant futura: vnde dicit. Artificioſiſſimus auteꝫ
iudex ſomniorum is eſt, qui poteſt contortas ſimilitudines
inſpicere, ⁊ eas referre ad ꝓprias res: quarum ſunt ſpectra:
recta eniꝫ ſomnia, ac non contorta phātaſmata iudicare, cu
iuſqꝫ eſt: ⁊ exponit ſe: ⁊ dicit. Dico autem ſimilitudines qm̄
phantaſmata ſimilia accidunt eis imaginibus quę in aquis
ſunt, vt dictum eſt. Ibi eniꝫ. ſ. in aquis ſi multus fiat mot⁹,
non fit idolum ⁊ apparitio ſimilis veris rebus, ideo qs re/
ctus emphaſes, ac coniector ſomnij ſit exponēs ingt. Prō/
ptus vo erit emphaſes ac coniector iudicare, qui poteſt ci/
to inſpicere, ⁊ ſentire diſſipata, ⁊ diſtorta idolorū ꝙ ſint ho
minis, vel equi, vel cuiuſqꝫ. Cuius cauſaꝫ affert, ex eo quia
ſomnium poteſt ibi in tali confuſione habere aliquid ſimi/
le, nam motus ſanguinis ſpirituoſi impedit rectuꝫ ſomniū.
Demum epilogat ⁊ dicit. Quid igitur eſt ſomnus, ⁊ qđ ſo/
mnium, ⁊ ꝓpter quam cauſam vtrūqꝫ horum fiat, amplius
dictum eſt de ea diuinatione, quę eſt per ſomnia, hęc ſunt,
quę habemus ab Ariſtotele: de his tribus ꝓpoſitis. ¶ Cir/ Digreſſio de diuinatione.
ca finem huius dubitatur, quoniam Ariſtoteles voluit tri/
plicia ſomnia, alia ſigna eorum quę nobis accidūt, alia cau
ſas, alia accidentia: ⁊ dixit, ꝙ ſigna ſunt duplicia ſigna eoꝝ
quę accidunt corpori, aut eorum quę accidunt animę: ⁊ di/
xit ꝙ ſomnia quę ſunt ſigna eorum quę accidūt animę, ſunt
per quę affectiones aliquę animę notantur, vt ſomnia quę
accidunt Philoſophis, quibus videtur eis, aut diſputare,
aut legere, aut exercere ea quę Philoſophi ſunt, ⁊ ſomnia
quę accidunt venatoribus, per quę videtur eis venari fe/
ras, aut tendere laquea, aut id genus. Somnia vo quę

Ayuntamiento de Madrid

ſigna ſunt eorum,quę accidunt corpori,ſunt ſigna quę pen-
dent ab humoribus,vel a paſſionibus circa cor contingen-
tibus,vt a metu,ab amoribus,ab ira,⁊ id genus.Hęc enim
omnia ſomnia ſigna ſunt eorũ,quę nobis accidũt. Somnia
ꝟo quę ſunt cauſę ea ſunt,quibus in agendis dirigimur,vt
dictum eſt circa textum.Definiens ꝟo ſomnia accidentia,
dixit ea eſſe:quorum principium ⁊ origo non eſt in nobis,
per quę dat itelligere ſomnia quę ſunt ſigna:⁊ ſomnia,quę
ſunt cauſę: habere originem ab his,quę ſunt in nobis,vel
eſſe cauſas eorum quę ſunt in nobis.At ſomnia accidentia
aſſerit non habere originem ab his,quę ſunt in nobis,nec
eſſe cauſas eorum:quę nobis accidunt niſi temere,ac ca-
ſualiter. Modo hoc videtur dubium,quoniam omne ſo-
mnium fit ex ſpẽbꝰreſeruatis eoꝝ ſenſibiliũ:quę prefuerũt
in ſenſu:modo ſpecies iſtę ſenſibilem ſunt in nobis,ergo ẽt
ſomnia accidẽtia originem habẽt ex his,quę ſunt in nobis.
¶ Dõm ꝙ omne ſomnium habet originem ex ſpeciebꝰ re-
ſeruatis eorum ſenſibilium,quę prefuerunt in ſenſibus ex-
terioribus:verum ſpecies reſeruatę aliquando excitant̃ ad
multiplicandum phantaſmata in ſanguine ſpirituoſo de-
ferente illa ad cor,vbi eſt virtus ſomnifera,⁊ hoc excitamen-
tum põt eſſe humor,nam ſi in via quę eſt a loco ſpecierum
ad cor defluat modicũ de cholera:ſpecies rerum ſenſibiliũ
excitabũtur,⁊ multiplicabunt phantaſmata calidarũ reꝝ:
⁊ ſic apparebunt fulgura vel ignes,ſimili mõ ſi in via me-
dia defluet parum flegmatis,ſpecies humidoꝝ pollentes
fient in multiplicãdo phãtaſmata humidoꝝ,⁊ ſic de alijs.
Amplius hoc incitamẽtũ poteſt eẽ paſſio,quę eſt circa cor,
vt amores,aut timores,⁊ id genus:excitant̃ eni ſpecies ab
his,veluti excitant̃ ab humoribus.Amplius hoc incitamẽ-
tum eſſe põt habitus animę,vt ſtudium phię,venationis
ars,⁊ omne genus viuendi:cuius habitus eſt in nobis.Tũc
dicendum ꝙ lꝫ oĩa ſomnia originem habeant ex ſpẽbꝰreſer-
uatis,tamẽ ſunt quędaꝫ ſomnia,quę nõ habẽt originẽ a cõ-
citamentis ſpẽruꝫ:quę cõcitamenta ſint in nobis.Cũ enim
quis ſomniet videre reges in gloria vel honore,hoc nõ pen
det ab humore,vel paſſione,vel habitu aię,ſed ſoluꝫ a ſpẽ-
bus concitatis caſu,aut accidente:cũ eniꝫ ſpẽs regis,vel al-
terius erãt cõſeruatę:ſi multiplicent phãtaſmata,⁊ ad cor
per ſanguineꝫ deferantur,hoc caſu,⁊ accidẽte eſt,q̃m nulla
cõcitatione,aut ex parte corporis,aut ex pte aię id euenit,
ſed ſolũ,q̃a ſpecies multiplicatę incolumiter delatę fuerũt
ad cor,veluti cum multę naues in fluctibꝰnauigãt,caſu fit,
vt quę minus debebat icolumis euadere,euaſerit. Ampliꝰ
caſu fit,vt qui per latrones trãſierit,⁊ debebat in illos inci-
dere nõ incidit:ſic caſu eſt vt ſpẽs non cõcitatę potiꝰmulti-
plicant phãtaſmata ad cor,q̃ cõcitatę.Sic igit̃ pꝫ Ariˡᵉᵐ ꝑ
originẽ quę in nobis eſt,intellexiſſe ɔcitamẽtũ quo ſpẽs re-
ſeruatę ɔcitant̃:veluti dictũ eſt:cũ eniꝫ ſomnia eueniũt ſine
tali concitamẽto:accidẽtia ſomnia appellat:q̃m ꝓficiſcunt̃
a ſpẽbꝰreſeruatis,quę nulla cauſa exñte in nobis,aut ĩ ani-
2ᵃ dubõ ma,aut in corpore,cõcitant̃.¶ Scdo dubitat̃,q̃d itelligat
Ariˡᵉˢ per ſomnia quę cõueniunt in ipſis melãcholicis,aut
ecſtaticis,aut phanaſticis,⁊ nõ in ſapientibꝰ.¶ Dõm ꝙ Ari
ſtoteles intelligit ꝑ talia ſomnia,ea quę accñtia ſunt,quęcꝫ
in nobis cõcitamentum non habẽt,q̃m ſomnia quoꝝ origo
eſt in nobis,ita eueniunt ſapientibus,ſicut ſtultis.Somnia
autẽ accidentia eueniũt melãcholicis aliq̃ multitudie co-
rum.Cũ enim tot ſint,aliq̃ opꝫ,vt eueniant,vt ꝓbatuꝫ eſt.
¶ Pręterea eueniũt ꝓpter ordinẽ imaginationũ,q̃m ima-
ginationeꝫ in his vi humoris melãcholici,hñt ordineꝫ ⁊ ſe-
riem,adeo vt vna data,alię ſuccedant.¶ P̄ Melancholi-
ci minus vacant exterioribus ſenſibilibus,ideo magis ſen-
tiunt motus internos a ſpẽbꝰ reſeruatis multiplicatos: vñ
Auer.dicit.ꝙ in melãcoolicis ꝓpter ſiccitatem nõ eſt tãta
euaporatio,⁊ ideo phãtaſmata non ſunt ſic diſtorta,nam lꝫ
euaporatio in eis eleuata ſufficiat ſomno:nõ tamẽ eſt tãta,
vt impediat opus phantaſtici ſenſus in cõponẽdo ſomnia.
¶ P̄.Melancholici habent imaginariam(vt Auer.ingt)
optime diſpoſitam,quę diſpoſitio eſt eſſe bene firmã,⁊ nõ
celeriter permutabilem de vno phantaſmate in aliud.Fri-
giditas enim facit tarditatem motus,ſiccitas ꝟo firmitateꝫ
formę.Propter hęc melãcholici diu ſeruant ſimulachra,q̃
ipſis apparent,⁊ diu conſultant vt ex illis ꝓuideant futura.
Ideo accidit vt diuinent.¶ Tertio dubitatur:quoniaꝫ ſa- 3ᵃ dubõ
pientes melius ꝓuident futura,q̃ melancholici,⁊ inſipien-
tes.Melius eniꝫ ſapiẽs medicus iudicabit de futura mor-
te vel ſalute q̃ inſipiens melãcholicus.Melius ſapiẽs dux
exercitus iudicabit de victoria,aut ſtrage,q̃ inſipiens me-
lancholicus.Melius ſapiẽs mathematicꝰde annonę liber-
tate vel charitate,q̃ inſipiẽs melãcholicus.¶ Dõm ꝙ prę-
uidere futura poteſt eſſe ſm Ariſtotelem bifariam.Aut ex
motibus phantaſticis:quoruꝫ nulla origo eſt in nobis prę-
ter ſpecies reſeruatas:ſiue hi motus accidãt in ſomno.Aut
in vigilia:⁊ hoc pacto melius melancholici,⁊ inſipientes ꝓ-
uident futura ꝓpter cauſas aſſignatas.Aut eẽ poteſt ex mo
tibus rõnis,⁊ memoria ꝑteritorum cum notitia ꝑſentium:
⁊ hoc pacto lõge melius pręuident futura ſapientes,q̃ in-
ſipientes melancholici:q̃m inſipiẽtes melancholici non ꝓ-
uident futura ex motu rationis.¶ Ex his patet ꝙ melãcho
lici inſipiẽtes,lꝫ inter tot inumeras imaginatiões,quas ſen
tiunt,in q̃plurimis errant,tamẽ longe plura diuinãt q̃ alij
quicũcꝫ:quoniaꝫ inter tot multa,quę prędicũt,poſſunt mul
ta euenire,quę lꝫ pauca ſint reſpectu tot,quot prędicunt,tñ
multa ſunt reſpectu eorum:quę alij prędicunt.Veluti qui
etiam ſępius ludit,lꝫ in multis fallat,tamẽ videt̃ multa aſ-
ſequi,⁊ longe plura,q̃ is qui raro ludit. Hęc habemus ab
Ariſtotele.¶ Alij tamẽ iuniores,quorum origo fuit Alber-
tus ſupra ſomnia,quę Ariſtoteles adinuenit,addũt ſomnia
cęleſtia:quorum origo eſt a cęlo.Imaginantur enim cęlum
alterare aereꝫ qui nos cõtinet,vt ꝑmo metheoroꝝ ⁊ 8ᵒ phy
ſicę auſcultationis pꝫ.Aerem ꝟo alteratum alterare noſtra
corpora:ad calidum,frigiduꝫ,⁊ ad alias qualitates,per q̃s
ſpecies in memoria ſeruatę excitantur ad multiplicandum
phantaſmata reprępſentantia ea:quę attinent ad qualitates
impꝛ̃ſſas:⁊ per hunc modum ſomnia non ſolum portendũt
ea:quę nobis contingunt,ſed ea quę noſtram poteſtatẽ trã-
ſcendunt.Si quis enim ſomniet aquarum exceſſum,ſi hoc
ſomnium originem non habeat ex his,quę ſunt in nobis,ſꝫ
ab impꝛ̃ſſione aquea cęleſti,ſomnium portendet futurã plu-
uiaꝫ.Cęlum enim prius alterare poteſt aereꝫ ⁊ corpora no-
ſtra ad diſpoſitionem humidam,q̃ efficere effectum prin-
cipalem:cuius illa humiditas eſt diſpoſitio.Senſus eni exi
ſtens purus in ſomno excitari põt,⁊ diſponi,vt ſpecies con
citentur,vt de pluuijs dicunt,ita quocꝫ de alijs dici poteſt.
Huic fidem affert,quę animalibus contingunt,nam gallus
in ſomno ſentiens motum phantaſticuꝫ excitatur,⁊ cantat,
ſentit autem illum motuꝫ excitatus a cęlo,grues pręſentiũt
futuram pluuiam:⁊ ſic cętera animalia.¶ Dicunt tamẽ ſo-
mniorum interpretationem eſſe difficillimaꝫ. Primo qui-
dem ex parte ipſorum ſomniorum:quę non repręſentãt fu
tura in propria forma:ſed vel in ſuo ſimili,vel in ſuo acci-
denti,vel in ſuo propinquo,mõ difficile eſt ſimile referre
ad ſuum compar.Secũdo difficile eſt ex parte cauſę,quo-
niam difficile eſt ſcire an ſomnium pendeat ab humore,an
a paſſione,an ab animę habitu,an a cęleſti impꝛ̃ſſione.Ter-
tio ex parte permiſtionis ſomniorum:quę proficiſcẽtia ab
his omnibus cauſis,aliquando permiſcentur,⁊ cito permu
tantur,adeo vt modo hęc,modo illa apparcãt,modo q̃deꝫ
quę a cęlo ſũt,apparere,modo quę ab humore,modo quę

Ayuntamiento de Madrid

a paſſiõe,mõ quę ab habitu alę.Dis oibꝰ ꝑdurū,ꝛ grande
eſt ſomnia interꝑtari.Ari$^{les}$ aũt cęleſtia ſomnia non olfecit/
nec Themiſtius,nec aliqs peripatheticus/imo illa refuta/
uit,qm̄ ſi a cęlo ꝓ̄nt ſomnia hr̄e originē,ēt in brutis ſomnia
a cęlo hr̄ent originē,nõ eni cęlū alterãdo aerem,magis me/
diãte aere alterato alterabit corpus humanū ad ſomnia ꝙ̄
ferinum.Modo nemo in feris ſomnia euenire aſſeret,pręci/
ſertim cū feris nihil cõtingat,niſi quod facit ad vitę vtilita
tem,aut neceſſitate materię.¶ Pręterea ſomnia cęleſtia nõ
ſunt ſigna euentuum,cum nõ ſint illorum effectus,nec illo/
rum accidentia:nec ſunt cauſę illorum,cū non a ſomnio plu
uię ꝓficiſcatur pluuia.¶ Amplius vt Ariſtoteles argumē/
tatur:ſicut nobis loquētibus de amico,caſu nobis occurrit
amicus/ſic ꝙ locutio noſtra de amico non fuit cauſa aduen
tus amici,nec ſignum illius:ita me ſomniante amicum,ca/
ſu venit amicus,ergo ſomniuꝫ non videtur portendere ad/
uentū amici.Nõ eniꝫ magis ſomniū videt̃ attinere ad ami
cum ꝙ̄ locutio.Inſup ſicut me imaginãte aduētū amici,ca/
ſu amicus venit,ſic me ſomniante eū/caſu ipſe venit.So/
mniuꝫ ergo nulla rõne videt̃ attinere ad rem,quę origineꝫ
non hꝫ in nobis.¶ Adhuc motus phãtaſtici,qui ſunt ex ſpe
ciebus ſeruatis,ſunt nobis mere nãles/ſicut alteratio,ꝛ au/
ctio,ꝛ alij motus/qui nobis a nã inſunt.ḡ ſicut alij motꝰ ni/
hil nobis portendunt eorum:quoꝝ principiū non eſt in no/
bis,ita nec motus phantaſtici,ꝙ motus phantaſtici ſint na/
turales:pꝫ,qm̄ ſpecies reſeruatę nãliter multiplicant ſua ſi/
mulachra,ſanguis ſpirituoſus nãliter illa defert,ꝛ recipit.
Cõis etiã ſenſus ab illis delatis nãliter mouetur.ergo talis
motus eſt mere naturalis, ſicut auctio/nutritio,diminutio,
ꝛ pulſus cordis,ꝛ virge arrectio,ꝛ cęteri id genus:quare,vt
iſti nihil nobis portendunt eorum:quorum principium nõ
eſt in nobis,ita motus phantaſtici/nihil eorum:quę procul
a nobis ſunt,portendere vidētur.¶ Adhuc cęlum non ſolū
mouet vnum dormientem,ſed omnes,ꝛ tamē ſomnia ſunt
diuerſa,ꝛ in vno ſignificant,ꝛ in alio nihil ſignificant.ergo
quę ſignificant,caſu ſignificãt,ꝛ nõ per ſe:qđ eni per ſe eſt,
in oibus ita eſt.Hinc Xenophanes Colophonius,ꝛ Epicu/
rus,ꝛ Panetius,ꝛ Carneades,atqꝫ Cynici oēs oēm diuina/
tionem penitus ſuſtulerunt,pręſertim eaꝫ:quę per ſomnia
fit.Cicero ꝟo libro 2° de diuinatione argumētatur/quędaꝫ
ſomnia eſſe vana nemo eſt,qui dubitat,igitur oia:ſunt eniꝫ
omnia ſomnia eiuſdē ratiõis,atqꝫ ſpeciei.¶ Pręterea argu
mētatur/deus obſcura nõ mittit.Maieſtati eni diuinę ob/
ſcura conſentanea nõ ſunt.At ſomnia obſcurę imaginatio/
nes cenſent̃:cum qui ſomniat,non res,ſed rerū ſpectra ima
ginetur.¶ Qui ꝟo diuinationi per ſomnia fideꝫ tribuerint,
aperiamus,ſunt igit̃ inter Phõs Plato ꝛ Socrates,Stoi/
ci quoqꝫ oēs,Democritus,Zeno Eleatis, Pithagorici,Di/
cęarchus peripatheticus,Cratippus,Cleãtes,Diogenes ba
bylonius,Cleantis auditor.Antipater,atqꝫ Poſſidoniꝰ.Hi
enim oēs ſomnijs fidem tribuerunt.Inſignia ꝟo ſomnia,q̄
hyſtorici approbarunt complura ſunt,illud qdem ꝑ̄ſagio/
ſum/qđ narrat Philiſtus de Dionyſij matre Syracuſanoꝝ
tyranno.Illud quoqꝫ Priami de Paride,cuꝫ eius mr̃ gra/
uida/parere ſe ardentem faceꝫ viſa eſt in ſomnis.Illud(vt
Fabius pictor ſcribit)qđ fuit Eneę.Et illud ſuperbi Tar/
quinij vt Actius annotauit,ſatis probatum.¶ Amplius,vt
illud matris Phalaridis,vt ſcribit Ponticus Hereclides
vir doctus,atqꝫ Platonis diſcipulus,ſomnium fuit ſatis ce
lebre.¶ Rurſus ſomniū Cyri perſarum Regis,vt Diony/
ſius in Perſicis libris ſcribit.Somnium etiaꝫ fuit celeber/
rimum.¶ Septimū ſomnium fuit Hamilcaris Carthagi/
nenſis de eius captiuitate.¶ Octauum fuit ſomniuꝫ Hãni/
balis de colūna aurea,vt Helius ſcribit.¶ Nonum fuerunt
P.Decij ſomnia duo celeberrima:quę.M.Tullius refert.

¶ Fuit quoqꝫ decimuꝫ Socratis ſomnium de eius morte.
¶ Fuit ꝛ vndecimū Xenophantis ſomnium.¶ Eudemij ēt
Ciprij fuit aliud ꝛ $12^{m}$.¶ Sophoclis aliud de Pathera au/
rea Herculi ſubtracta.¶ Aliud ruſtici Romani de latinis
ludis.¶ $15^{m}$ fuit ſomnium.C.Gracchi de eius morte.¶ Si/
monidis ſomniuꝫ etiam fuit,quo a naufragio ſeruatus eſt.
¶ $17^{m}$ eſt ſomnium famatum duorum archadum/quo alte
riꝰ mors detecta eſt.¶ $18^{m}$ fuit.Q.fratris de Ciceronis exi/
lio.¶ Etiaꝫ illud Ciceronis de eius exilio.¶ $20^{m}$ illud Caſſij
parmenſis de dęmone.¶ $21^{m}$ illud Attarij ruffi.¶ $22^{m}$ illđ
Alexãdri regis Macędonię.¶ $23^{m}$ illud Alcibiadis.Hęc
ſomnia celebriora ſunt,quę Gentiles hyſtorici ſcribūt:quę
cum obſeruata ſint,ꝛ quidem a viris doctiſſimis:nobis fi/
dem faciunt,vt ſomnijs credamus.Sancti quoqꝫ viri non
omni ex parte ſomnia contempſerunt.Daniel enim ꝛ Ioſe/
phus interꝑ̄tati ſunt ſomnia Pharaonis Babylonis regis,
quę non interꝑ̄tati eſſent,niſi illis fidem adhibuiſſent.Io/
bus etiaꝫ vir vita ꝛ ſanctitate pręcipuus ita de ſomnijs in/
quit.Per ſomnium in viſione nocturna,quando irruit ſo/
por ſuper homines,ꝛ dormiūt in lectulo/tunc aperit.ſ.deus
aures virorum,ꝛ erudiens eos inſtruit diſciplinam.Oium
etiam gentiuꝫ conſenſus ſomnijs fauet,vnde Heſiodus fa/
ma perire non poteſt,quã populi celebrant.Ariſtoteles ꝟo
(vt diximus ſępius)triplicia ſomnia diſtinxit,aut quę cau
ſę ſunt eorum:quę futura ſunt nobis,aut ſigna,aut acciden/
tia,ſiue fortuita.Hęc expoſita ſunt diligenter circa textꝰ ex/
poſitionem.Uerum,vt dictum eſt,ſomnia quę ſunt cauſę:
habitus vel diſpoſitiones animę aut corporis ſunt,ꝛ prin/
cipia eorum:quę nobis accidunt,vt ęgritudinuꝫ ꝛ actionū.
Somnia ꝟo quę ſigna ſunt,ab humoribus proficiſcūtur:ꝛ
ſunt ſigna humorum.Somnia accñtia/lꝫ ſint a ſpeciebꝰ re/
ſeruatis,tamen eorum cauſę accidentarię ſunt,quę ad nos
non attinent,nec in nobis ſunt,veluti ſiquis ſomniauerit ſo
lem obſcurari,aut e ſcalis cadere,hoc ſomnium caſuale eē
cenſetur ſi poſt ip̄m qui ſomniauit,in honore aut poteſtate
deprimetur:nam lꝫ ſol honores teneat:ꝛ ſolis defectus ho/
noris deiectiones,ꝛ ſcala honoris gradus,ꝛ caſus deiectio/
nem reꝑ̄ſentent,tamē cum hęc ſomnia/nec cauſę ſint eoruꝫ,
quę euenerūt/nec effectus,iure accidētia ſunt eorū:quę eue/
niunt:vt in libris Chryſippi narratur,qdam ſomniauit vi/
dere ouuꝫ pendere ex faſcia lecti ſui cubicularis/detulit ad
coniectorem,qui reſpondit theſaurum defoſſum eſſe ſub le
cto:fodit/inuenitqꝫ aurum aliquantum,idqꝫ argento circū/
datum.Miſit coniectori quantulum viſuꝫ eſt de argento,
tum ille,nihil ne inquit de vitello.Id enim ex ouo videba/
tur aurum declaraſſe,reliquum argentuꝫ.Patet itaqꝫ eiuſ/
modi ſomnium/nec cauſam/nec ſignum fuiſſe eius,qđ eue/
nit,ſed accidens,vnde ſicut,nobis veriſimilia cogitantibꝰ,
illa eueniunt caſu,ſic nobis ſomniãtibus,caſu eueniūt,quę
eueniunt.Dum in oppido montis rotundi morabar,mecū
multis loquentibus,in medio verboꝝ menti occurrit Hyp/
politam venaphri comitem accedere ęgrotum viſitaturaꝫ/
hoc cum pręd ixiſſem ijs,qui mecum erant,venit,vt cõce/
pi,vbi patet meam conceptionem/nec illius cauſam/nec il/
lius ſignum fuiſſe:ſed accidens.¶ Sed dubitabis forſitan,
ꝛ non ab ratione/cum nihil fortuna,aut caſu ſit,nihilqꝫ per
accidens:quin ad aliquod reducatur:quod eſt per ſe:vt in
phyſicis auſcultationibus demonſtratum eſt,iure dubita/
bit quiſpiam,hęc ſomnia,quę accidentia ſunt,ad quę per
ſe reducantur.Et dicenduꝫ ſomnia accidentia reduci ad ſo/
mnia quę proficiſcuntur ab humoribus/aut ab affectibus.
Ut enim qui fodit/eſt per ſe cauſa foſſionis,ꝛ per accidens
cauſa inuentionis theſauri:ſic,humor qui ſcandit,eſt per
ſe cauſa ſomnij/quo quis ſomniat,ſe ſcalam ſcandere,per
accidens ꝟo cauſa eſt aut ſignum euentus honoris/ꝛ eo/

Ayuntamiento de Madrid

dem modo ſi faber ſomniat ſe ſecurē cudere,⁊ poſtea ver/
beretur:habitus quidem,quo ſomniat ſe ſecurem cudere,ꝑ
ſe cauſa eſt eius ſomnij,quo ſomniat ſecurē cudere.accidēs
aūt ſi ad verberationē que ſeqtur,comparetur. Hec Ariˡᵉˢ
Alexāder,⁊ Themiſtius de ſomnijs.Ptolomeꝰ ꝟo in apo/
teleſmatibus ſomnijs fidem tribuit,aſſerens non ſoluꝫ ſo/
mnia eē eoꝝ preſagia,quoꝝ ſunt/aut cauſe/aut effectus,ſꝫ
etiam eoꝝ,que ſupra noſtram facultatem ſunt.Quaꝫ opio/
nem Porphyrius ⁊ Anonymus eius interpretes ſequūtur.
Mercurius etiā triſmegiſtus in pymandro ⁊ in his libris,
quos de ſtellis cōfecit,eādem poſitionem voluit. Juniores
quoqꝫ aſtronomi,vt Maternus,Manilius,⁊ arabes ideꝫ
ſentiūt.Auerroes quoqꝫ ⁊ Auicēna,⁊ Algaçelus,⁊ Alfara/
bius hoc idem ꝓbant.Albertus ⁊ Candaueſis,⁊ alij idem.
Mouētur ꝟo omnes,ꝙ aer,qui nos cōtinet,nos alterat,al
teratus ꝟo a ſtellis nos eadē alteratiōe alterat,qua altera/
tur.Ab alteratione aūt emergūt ſomnia:quare cum ſomnia
ab alterationibus corporeis ꝯtingant,alteratiōes corporee
ab aere/aer ꝟo alteret̃ a ſtellis,ergo ſomnia a ſtellis cōtin/
gere rōnabile eſt.¶ Sꝫ argumētum iſtud non caret qōne,
Primo qdem ꝙ aer oēs eiuſdem regionis ſimilr̃ alteret,et
tamē nō ſunt oibus,qui ſunt eiuſdem regiōis ſomnia eqlia,
nec eadem,nec ſimilia.Scđo ꝟo,quoniā aliqbus eiuſdem
regionis viris ſomnia vera ſunt,aliqbus falſa:⁊ tñ aeris cō/
ſtitutio eadeꝫ eſt.Amplius cur ego bouē arare,tu ꝟo equū
militare ſomnias,⁊ tamē ſumus in eodē aere.Nec fingi po
teſt,vt ſomnioꝝ rudes cōiectores aſſerunt eſſe alia ſomnia
vera/alia falſa,qa in alia die lune hec accidūt,illa ꝟo ī alia.
Nā eadem die lune:eadem quoqꝫ hora hec ſomnia vera,il
la falſa acciderūt.Preterea nos expimur melācholicorum
ſomnia aliqñ vera,⁊ tamē nō vi aeris aut ſtellarum,ſed vi
demonici humoris,vt Ariˡᵉˢ inqt,ꝓpterea,vt Ariˡᵉˢ ſentit,
ab alteratiōibꝰ aeris,que a celo ꝯtingūt/ſomnia ꝓficiſci ne/
mo eſt,qui dubitat.verū alterationes ille ſunt ꝑ ſe cauſa ſo/
mnioꝝ,per accñs ꝟo ⁊ caſu eoꝝ/que eueniūt poſt ſomnia.
vt ſi aer caluſ calefaciat,ſomniabit qſpiā ſe volare,aut ali/
quid tale:ꝑ accñs ꝟo ſignificabit rixas.Eadē eniꝫ cā ad ſo/
mnia erit per ſe,ad euētus erit accidens,⁊ caſus.Auerroes
peripatheticus Phs vim ſomnioꝝ approbās finē eorūꝫ:⁊
datorē expoſuit,finē qdem,vt per ipſa demōſtrent nobis
vtilia,⁊ calamitoſa,vt calamitoſa ꝑuiſa vitemus:vtilia aūt
ꝓſequemur.Hūc eni ob finē deū nobis ſomnia dediſſe aſ/
ſerit.Motorē ꝟo,ac effectricē cām veroꝝ ſomnioꝝ,qbus
hec ꝑcognoſcimꝰ:dic̃ eē eā itellĩntiā:quā itellm̃ agētē ꝓfite/
tur. ꝑ qdē ꝙ ſomnia vera nobis accidāt,vt cognitionē pri
moꝝ ꝑncipioꝝ:que axiomata dicunt̃:vtpote nec ſyllõ/nec
rōne aliqua,ſed lumine itellr̃s. 2° ꝟo,ꝙ ſomnia ſpiritales
cognitiones ſint,que nobis ineē nō pñt,niſi lumie itellectꝰ
agētis.Quare itellr̃us agens erit ſomnioꝝ veroꝝ datrix cā.
¶ Sꝫ cōtra hec,que Auer.dicit:dubitat̃,ꝑmo quidem,qm̃
nō pōt intellectus agēs dare nobis cognitiones ſomniales,
niſi ipſe ſingularia cognoſcat,quoꝝ ſunt ſomniales cogni/
tiones.At,vt ꝓbat Auer.itellectus agēs nihil ꝑter ſe intelli/
git.Scđo ꝟo:quoniam ſi itellectus agēs eēt dator ſomnio/
rum,ſomnia non eſſent cognitiōes offuſe,metaphorice,ac
veriſimiles.Ueluti ſomnium Chryſippi,in quo dormiens
videbat ouum pēdens in faſcia ſub lecto.Jntellectus enim
agens,cū ſit vera cauſa,veros effectus,⁊ non veriſiles da/
bit.¶ Preterea cur itellectus agēs futuroꝝ cognitionē po/
tius in ſomno per ſomnia,q̃ꝫ in vigilia ꝑ ſenſus nō det,non
eni facile cauſa afferri pōt:inſuꝑ cur qbuſdaꝫ vera:qbuſdā
falſa mittat,agens eni vnū in ſubto vno ſaltem ſpē,effectū
vnum mittet.Auget̃.q.ꝙ nec eidem homini ſomnia ſemꝑ
eadem accidāt.¶ Reſpōdet his argumētis Auer.in eiꝰ pa/
raphraxi,⁊ ſumit primo ꝙ omnia,que in ſublunari mundo
accidunt/cōtineri in intellectu agēte,vt effectus artificiales
in artifice.Tūc ait oia in agēte intellectu vl'iter cōtineri,in
mā ꝟo certis diſpoſitionibus affecta:fieri particularia,ſic
ſomnia ratione habita ad datorem:vniuſ'ia ſunt,ratione ha
bita ad materiā particularia.¶ Scđaꝫ q̃ſtionē delet Auer.
ꝙ offuſio,metaphora,⁊ veriſimilitudo,que in ſomnijs acci
dunt:ex ſomniatrice virtute emergunt/que ſomnia non ef/
ficit,niſi ex ſpeciebus reruꝫ ſenſibiliū reſeruatis.¶ Tertiaꝫ
rurſus delet,ex eo quia anima in ſomno magis eſt ad futu/
rorum cognitionem parata.ſ.externis ſenſibus ab operibꝰ
vacantibus.¶ Quartā inſuper refellit ex eo qa interni ſen/
ſus non ſunt omnibus eque affecti,externi quoqꝫ nō ſunt in
hominibus cunctis eodem modo internis ſeruientes,nec in
omnibus ſpiritus ſimili ratione diſponitur:qui ſomnijs mi
niſtrat:nec humores quoqꝫ in omnibus conſimiles haben/
tur.Quare fit nō omnibus ſomnia vera ſint,nec eidē ſem/
per.¶ Sed hec,que Auer.dicit in ſui defenſiōe:nec ſibi cō/
ſtant/nec vera ſunt:non quidem ſibi conſtant,primo qdeꝫ,
quoniam ijs in cōmentarijs,que 7° metaphyſice libro cō/ Com̃.31
fecit,aſſerit neceſſitatem intellectus agentis eſſe in efficien/
do cognitiones,⁊ non ſenſationes,quales ſunt ſomnia. Jdē
⁊ libro 3° de anima,vbi neceſſitatem illius aſſerit in trāſſe/ 2ʳᵒ 5° ⁊
rendo intelligibilia de potentia intelligibilibus ad actu in/ 18°.
tellecta.¶ Preterea libro 2° de celo probat a motoribꝰ eter Cō. 100.
nis ac ſeparatis nihil ꝓficiſci poſſe,niſi mediāte celo,at nūc
ſomnia proficiſci ait ab intellectu agente ſine celo medio.
Non etiā vera ſunt.Ariſtoˡᵉˢ eniꝫ ſomnia ex ſpeciebꝰ reſer/
uatis fieri aſſerit,moueri ꝟo ad cōeꝫ per vapores/ac ſpiri/
tus vaporulentos:per que nō ſolum Auerrois fictio delet̃:
ſed illa Auicēne,Algaçelis ⁊ ceterorum,qui hanc poſitionē
ſequūtur.Mathematicoruꝫ ꝟo nōnulli ſomnijs vim pre/
hentes ex ſtellis,dixerūt huic ſomnia eſſe vera,illi falſa ex
genituris,nam huic ex ſtellis in genitura cōſtitutis,ineſt vt
ſomnia vera ſint,illi vt ſint falſa.Unde Ptolemeus libro enuʳᵒ 3°
c.enuʳᵒꝝ,qui ad rem quēpiam aptus eſt,habet profecto et
huꝰ ſignificationis ſtellam admodum potentem in ſua ge/
nitura.¶ Preterea hic veris:ille falſis ſomnijs occupatur,
vt eodem libro aſſerit,ꝙ anima ad cognitionem apta:veri enuʳᵒ 4°
plus aſſequatur,q̃ꝫ qui ſupremum immodum ſe in ſcientia
exercuit.Eſt autem hec aptitudo ex ſtellis:quibus forme in
genitura afficiuntur,eodem eniꝫ libro inquit.Jn generatio/ enuʳᵒ 9°.
ne atqꝫ corruptione forme afficiuntur a celeſtibus formis.
¶ Preterea hic ex genitura habet,vt ſomnia ſint benefica
iocundaqꝫ:quo in genitura ſtelle,que ſomnia miniſtrāt be/
nefice ſunt.Jlle ꝟo habet,vt ſint horribilia/quo ſtelle ma/
lefice ſomnia in genitura effecerunt.Jtem hic habet,vt ani
malia,ille alia ſomniet,pro ratione ſignorum,que ſtelle in
genitura tenuerunt,que ſomnia dant,vt Ptolemeus in apo
teleſmatibus aſſeruit,quare ſomnia,⁊ ſomniorum genera,
⁊ rationes ex ſtellis homines nāciſcunt̃:que in genitura in/
uēte ſūt.Hec mathematici.¶ Sꝫ que catholici velint,adij/
ciamus.Gregorius itaqꝫ ſuper Job libro 8°.ita de ſomnijs
inquit.Exquirendum eſt magnopere quot modis tāgūt ani
mum imagines ſomniorum.Aliquādo nāqꝫ ſomnia vētris
plenitudine ⁊ inanitate/aliquādo illuſione,aliquando cogi/
tatione ſimul ⁊ illuſione,aliquādo reuelatiōe,aliquādo aūt
cogitatione ſimul ⁊ reuelatione generātur,ſed duo,que pri/
ma diximus:omnes experientia cognoſcimus. Cetera ꝟo:
non niſi ab his,qui ſanctitate,⁊ vita prepollent.Hec ſunt,q̃
de ſomnijs ⁊ a Phis,⁊ a mathematicis,⁊ catholicis habe/
mus.¶ Sed quoniam Ariſtoˡᵉˢ pauca aut nulla aſſeruit de
artificioſa ſomniorum interꝑtatione,nos librum 4ᵐ adie/
cimus,in quo de ſomniorum interꝑtatione dicturi/ea dice/
mus que alij.ſentiunt,⁊ que ſm̃ Ariˡᵉᵐ dicenda ſunt.

¶ De naturali diuinatione finis,⁊ de 3° Libro.

¶ Eiuſdem

Ayuntamiento de Madrid

[BRO]S / [DR]. / [MAR]CO

¶ Einſdem Auguſtini Niphi medices de artificioſa ſomniorum interpretatione: quę diuinatio dicitur artificioſa.

¶ Quid ſit artificioſa ſomniorum diuinatio: quidue ſomniorum interpretatio. Cap. I.

Diuinatio itaqʒ alia naturalis, alia artificialis diſtinguitur, naturalis quidem eſt ſomniuʒ ipſum nobis aliquid pꝛęſagiens. Somniū enim (vt diximus) ꝓpꝛie vocatur, quod figuris tegitur: et ambagibus velatur: non niſi iterpretatione intelligēdis. Et quoniā ſomnium nobis ex cauſis ineſt, quę non redigunt ad noſtram voluntateʒ/ ⁊ aliquid portendit, naturalis diuinatio dicitur. Diuinatio quidem: quo nobis aliquid diuinat, naturalis ꝟo/ quo non ex cauſis proficiſcitur: quę ad noſtram voluntatem redigunt. vnde Cicero hanc vocat naturalem, quatenus a natura pręſagitiua eſt, non autem arte/ aut voluntate. ¶ Artificioſa ſomniorum diuinatio eſt ars interpretandi ſomnia/ ratione/ atqʒ regulis: ⁊ obſeruatione cōfecta: qua pręſagita per ſomnia ſomniorū ſiue interpres/ ſiue coniectator: interpretatur. Unde quemadmodū haruſpices: ⁊ augures per auguria: ⁊ hauſpicia: ex regulis/ ex ratione/ ⁊ obſeruatione interpretantur quę per illa portendūtur: ita ſomniorum coniectores per arteʒ quę ratione/ regulis/ ⁊ obſeruatione conſtat: ſomnia interpretatur: quobrem Chryſippus definit diuinationeʒ ys verbis: vim cognoſcētem: ⁊ videntem: ⁊ explicantem ſigna: quę a dys in ſomno mittuntur. Alibi quoqʒ ſomniorum coniectationem definit hoc mō: eſſe vim cernentem: ⁊ explanantē: quę a dys hominibus ſignificentur in ſomnis. ¶ Ex his apparet de quibus eſt/ vt de materia: artificioſa interpretatio. Eſt enim de ſomnys/ quatenus ſomnia futura nobis calamitoſa/ aut proficua pręſagiūt. Naʒ de ſomnys diſſerere videtur phyſicus: ⁊ interpres. Phyſicus quidem: quatenus eſt animalis affectio. Interpres ꝟo quatenus ſomnia futura pręſagiant: quę nobis ſunt, aut proſpera, aut aduerſa.

Quid diuinatio artificioſa.

De qb⁹ ē.

¶ Quę ſomnia pręſagiāt: deqʒ quibus per ſomnia artificioſa diuinatio eſt. Cap. II.

Averroes in paraphraxe hui⁹ libri diſtinguit rerum quę cognoſcuntur genera. Nam aliud eſt eorum: quę ſpeculamur. Aliud eoruʒ: quę agimus. Eorum aliud quę facimus: tribus artibus ſpeculamur metaphyſica/ phyſica/ ⁊ mathematica: vna dūtaxat agim⁹ morali. vʒ. quę poſtea in treis ſecta eſt: infinitis fere artibus facimus: nam medicinali facultate curam⁹: agricultura colimus, cęteriſqʒ alys alia facimus: quibus ait ſomnia ea futura pręſagire: q̄ artibus interdum facimus/ interduʒ euitamus. Sequimur quidem, vt vtilia atqʒ proſpera/ euitamus, vt aduerſa ⁊ calamitoſa. Quare ⁊ interpretandi facultas de ſomnys ptractabit: quatenus ſomnia factibilia vtilia vel nocua p̄ſagiūt. Addit quoqʒ Auerroes poſſe moralem ſcientiā quę de virtutibus eſt: per ſomnia acquiri. Naʒ de virtutibus ſomniarunt: quę poſtea experrecti illas exercuerūt. Speculatiuas ꝟo artes per ſomnia acquiri non poſſe argumento oſtendit/ q2 ſcire non niſi per demrōnē habetur: at demrātio niſi in vigilia inuentione/ vel diſciplina intelligitur: niſi fortaſſe ſcientia hęc ęquiuoce eſſet: vtpote infuſa: vel numine data: per accidens ꝟo interdum familiares ſenſus: qui intra nos ſunt, adeo ⁊ cōmode in ſomnys afficiuntur/ cōſtituunturqʒ vt per accidens nonnūqʒ recte intellectui ad ſpeculandum subminiſtrent. Qd̄ cum per accidens ⁊ rarenter illud ſit: iure per ſomnia non niſi raro ⁊ per accidens ſcientię ſpeculatiuę habentur: quibus omnibus patet ſomniorum interpretatiuam quę diuinatio dicit̄ artificioſa: verſari circa ſomnia quatenus per ſomnia coniectores pręſagiunt, futura nobis aut aduerſa: aut proſpera.

¶ Quatuor p̄ſagiri per ſomnia veluti ꝑ ſtellas. Cap. III.

Somnia vt proximo capite explicauimus, vtilia vel aduerſa quę futura ſunt: pręſagiunt: de quibus interpres pertractat. Hęc auteʒ (vt Ptholemęo placet in libro apoteleſmatum inquit) quatuor in partes diuiduntur. Sunt enim hęc/ genus ſubiectum: in quo futura per ſomnia pręſagita interpretantur: ſpecies: locus: ⁊ tēpus: genus eſt multiplex/ quia aut proprium: vtpote/ quum ſomnium portendit perſone ſomnianti. Aut alienum: cuʒ p̄nuntiat amico vel propinquis. Aut cōe: quum ſibi ⁊ amico vel proximis. Aut publicum/ cum ciuitati foro vel theatro: aut generale/ vt cuʒ orbi ⁊ vniuerſo minatur. Tempus eſt/ ſi ſero/ quod per ſomnium pręſagit̄: eueniat/ ſi cito: ſi ad annum: ſi ad menſem: ſi ad diem/ ſi ad horam. Locus ſi in domo mea/ vel ſua/ ſi in agro euenta ⁊ generi, cui pręſagiūtur: futura ſunt. Species ꝟo: ſi pręſagia ſint bona/ ſi mala/ ſi calamitoſa/ ſi aduerſa. Hęc quatuor bonus interpres perlibrare debet: ſi recte ſomnia vult interpretari.

¶ De fundamento quo Iuniores ſomnia interpretētur. Cap. IIII.

Ut ſomniorum coniectatio ſit non obſcura. Poſſidonius/ nihil eſſe factum: quod non futuruʒ fuerit: eodemqʒ modo nihil eſſe futurum: quod nō factum fuerit: ⁊ cuius non cauſas idipſuʒ efficiētes natura contineat: ſumit. Hinc patet nullum futurum eē ſomniuʒ: quod non factum ſit: nullumqʒ factum: quod non futurum. Patet etiam nullam factam eſſe ſomny interp̄tationem: quę non futura ſit: nullam quoqʒ futuram: quę non facta ſit. ¶ Ex ys emerſit ars interpretandi ſomnia. eſt eniʒ hęc collęctio omnium earum coniectationū: quę factę ſunt: quare cum nihil factum ſit: quod non ſit futuruʒ: nulla facta fuit ſomny coniectatio: quę non ſit futura: nec vlla prorſus futura/ quę non facta ſit. Hoc quoqʒ fundamento obſeruatio conſtat: eſt enim obſeruatio omnium eorum quę facta ſunt: memoria collecta: quę cum omnia futura ſint: ex obſeruatione eorum quę facta ſunt: obſeruās coniectabit ea quę ventura ſunt. Hiſdem etiaʒ partibus prudentia habeatur: quę eſt pręuiſio de futuris per memoriam pręteritoꝝ: qppe cum ea quę futura ſunt: facta omnia ſint.

¶ Quę rudes interpretes de artificioſa interpretatione ſomniorum. Cap. V.

Rudes ſomnioruʒ interpretes: q ſtellaruʒ/ ⁊ naturę ſunt imperiti: ſolum per obſeruationē artem interpretandi ſomnia conſtare aſſerūt: nec ad regulas poſſe reduci affirmant. Non enim reddi poteſt cauſa/ aut dari regula/ cur videre in ſomno arbores findi: dānum pręſagiet. Rurſus nec reddi poteſt ratio/ cur barbam tonſam videre/ orbitatem ſignificet. Sed obſeruatione comperta hęc omnia ſunt: nam cum nihil factum ſit: quod non ſit futurum: ⁊ nihil futurum: quod nō fa-



Ayuntamiento de Madrid

ctum:nulla interꝑtatio eſt futura:quę non eſt facta:iure collectio omnium interpręationum ſufficiens erit ad artem interpręandi:q̄obrem tabulas interpręationum conficiunt:vt quiſq; poſſit omnia ſomnia/quę futura ſũt:facile interpręari:quippe cum ſomnia futura non ſint:q̄ nõ fuerint facta:nec facta q̄ nõ futura. Rurſus ẽt nec iterꝑtata:q̄ nõ iterꝑtãda:nec deniq; iterꝑtãda:quę nõ interpręata iã:quare tabulę quę ex obſeruatione omnium interpręationum ſcriptę ſunt:ad artẽ interpręandi putant ſufficere:quę xᵒo ſint eiuſmodi tabulę/quive libri de ſomniorum interpręationibus:cum omnibus pateant:cõmuniterq; ab omnibus habeantur:iure prętermiſimus.

⁋ Confutatio huius rudium poſitionis. Cap. VI.

SEd q̄ rudis ſit hęc poſitio/ac iſta eorum ars:facile demonſtratur. Nam ſi artem ſufficere putãt per tabulas interpręationum:vel in illis omnes interpręationes continentur/vel quędam:omnes ſi continentur:vel omnes in numero:vel omnes in ſpecie:vel omnes in genere:omnes quidem numero vel ſpecie continere eſt impoſſibile:quoniam hę numero infinitę ſunt. Infiniti eñi ſunt actus animę/⁊ numero/⁊ ſpecie:vt ſentit Auicẽna:nam vt ſorticolę tradunt:ſunt non tot ſpecie:quin plures:nec tot numero quin plures:igitur iſiniti numero ⁊ ſpecie. Accedit ad hęc ꝙ phantaſtica vis infinita componere poteſt:cũ non tot:quin plura:igitur ⁊ infinita etiã ſomniare. Quare nulla poteſt dari tabula in qua omnes interpręationes numero vel ſpecie cõtineantur. At ſi in tabulis oẽs interpręationes ſm genus haberẽtur:ex ijs ſomnia interpręari nõ poſſunt:non eñi puto q̄ ſomniũ Alexandri ⁊ illud Scipionis:⁊ eoꝝ interꝑtationes genere ꝯuenerint:eẽ eadem rõne ad amuſſim interꝑtanda:quippe cũ in genere multę lateãt ęquocatiões/atq; diſſimilitudines/vt ꝑipathetici dicũt. Quare tabulę eiuſmodi vanę ſũt:⁊ inutiles:q̄ppe cũ rarenter oĩa quę ꝯtingũt ſomnioꝝ/interꝑtatões:hẽant.

⁋ De ijs quę Arnaldus villanouanus ait de ſomnioꝝ iterꝑtatione:deq; prima eius regula. Cap. VII.

EA que Arnaldus de ſomnioꝝ interꝑtatione ſcripſit/lõga ſunt/⁊ faſtigioſa:q̄re per capita illa recenſere decreui:nã lʒ q̄ narrat:aniles fabulę ſint:arte penitus nõ carẽt. Sumit eñi aĩam in ſomnis ſeptẽ affici modis/ſiue a ſtellis/ſiue ab humorib⁹/ſiue a q̄bus vis cauſis:quos reducit in tres:nos xᵒo/vt breuiores:in duos reſumpſim⁹. Nã vel afficit̃ ſĩlibus ijs quę per ſomnia portẽdunt̃: vel diſſimilib⁹/ſiue ꝯtrarijs ſimulachris. Quãdo eñi aĩa in ſomnis ijs ſimulachris afficit̃:quę futura vera rõne reꝑſitant:non ſomnia/ſed magis viſiões appellat. Cũ eniʒ arcas ille vidit in ſomnijs ſuũ amicũ/orantẽ/vt ſibi cauponis inſidijs circũuento ſubueniret:nõ ſomniũ appellat:ſed viſionẽ:q̄ppe cum amicũ nõ vidit arcas ille in ſuo ſĩli:ſed in ſe per ei⁹ ꝓpriũ ſimulachrũ:quo nũc colorẽ per eius ꝓpriã imaginem cerno. Quare cũ ſomniũ ſit ꝑuiſio eorũ quę futura ſunt:nõ per illorum propria ſimulachra:dupl'r aĩa poteſt ſomnijs affici:aut ſub ſpecie ſimiliũ:aut ſub ſpecie diſſimiliũ. Hęc eſt eius prima regula.

⁋ De ſecunda Arnaldi regula. Cap. VIII.

SEcunda regula eſt:quę de interꝑtatione per locũ a ſĩli conficitur: vt interpres ad ꝓprietates earum rerũ:quas recte reꝑſitant ſimulachra in ſomnijs,diligenter animaduertat:⁊ ad circũſtantias ſomniantiũ:⁊ ad colores/ſitus/⁊ quãtitates eoꝝ:quę vident̃ in ſomnijs:hoꝝ oĩum exẽplum eſt:videre aſſorbẽtem draconẽ in ſomnijs e ꝓprietate draconis:qui necat mortalẽ inimicũ ſomnianti occurre ꝑſagit. Idẽ de oĩbus nocuis aĩalibus:verum ſi inimicus:qui futurus eſt:ſic occultus:videbit in ſomnijs lupũ vel vulpem:qui ꝓprietate occultus eſt inimicus ſi inimicus ſit perſona digna:vt rex:vel princeps:videt leonẽ mordere:naʒ de ꝓprietate leo rex eſt aĩaliũ. Si hilis ſit hoſtis:videbit ſerpentem/vel vulpẽ:vel aliq̄d naturę hoſtile. Simili ratione reſpiciẽdę ſunt circũſtantię eoꝝ:quę videntur in ſomnijs:⁊ ſomniantiũ conditiones:nã ſi ſomnians diſciplinatus ſit videtq; ſe in ſomnijs aquã cũ difficultate ꝑagrare:ad honores ſcandere merito ſuę diſciplinę ꝑſagit:ꝑñt de alijs ꝯditionib⁹ exẽpla poni:quę vt breues reticuimus.

⁋ Artem hanc multifariam eſſe vanam ⁊ iperfectã:⁊ oĩno falſam. Cap. IX.

DEfeciſſe ſibi Arnaldum facile patet:naʒ cum dixit ſomnia pręſentare futura ſub ſimilis ſpecie:⁊ ſub diſſimilis: regulas per locum a ſimili nos edocuit:regulas xᵒo per locum a diſſimili nullas poſuit:igitur vel mancus:vel ſibi deficiens. Pręterea coniunctim hę regulę poſſunt ſic refelli:nam omnis interꝑtatio per ipſũ fit,vel a ſimili:vel a diſſimili:a diſſimili nulla poteſt interpręãdi regula ſumi:nam vnum diſſimile infinitis eſt diſſimile:igitur per ipſum in nullum eorũ deuenire poſſumus:quare iterpręandi regula a diſſimili nullo pacto erit colligenda:nec etiã a ſimili:q̄ vel a ſimili in ſubſtantia:vel in accidẽte:nõ in accidente:quoniã infinitis modis res poſſunt per accidens aſſimilari:at cum infinitũ omni ex parte ignotũ ſit:nulla ratione per accidẽs/vel ex ſimilitudine in accidentibus coniector poteſt ſomnia interꝑtari. Quippe cũ portẽta per ſomnia:⁊ portendentia:quę vidẽtur in ſomnijs:infinitis modis in accidẽte aſſimilari poſſint:nec in ſubſtantia:nam vel in genere:vel in ſpecie/vel in numero.nõ in genere vel ſpecie:naʒ cũ interꝑtatio nihil aliud ſit:q̄ eorum quę ꝑſagiuntur:cognitio:interꝑtãs de viſis inſomnijs deducitur in cognitionem:eorum quę per ipſa pręſagiuntur. At cũ in vno genere/vel ſpecie infinita cõtineãtur indiuidua:ꝑ vnũ illorum non magis deducetur in notitiã vnius,q̄ alteri⁹:non enim per notitiã ſocratis,q̄ conuenit genere vel ſpecie cum Platone:poſſũ ſi viderim Socratẽ mihi tribuere aquas:ꝙ Plato mihi experrecto tribuet diuitias. Mitto ꝙ quę vel genere:vel ſpecie conueniũt ſunt inter ſe diſſimilia:quare cum vnum infinitis ſit diſſimile:iure per vnũ in ſomnijs ꝑuiſum non poſſum deuenire in cognitionem alterius. Nec fingi poteſt regulas interꝑtandi eſſe colligendas a ſimilibus in ſubſtãtia/⁊ accidente:nã vel genere/vel ſpecie hęc ſimilia erũt:ijs quę per ipſa ſomnia portẽdunt̃. Si ſint genere ſimilia:ſpecie erunt diſſimilia:at cum vnũ diſſimile pluribus ſit diſſimile:⁊ pluribus in genere ſimile:non per id q̄ mihi videtur in ſomnijs:poſſum in vnũ magis q̄ aliud ſibi in genere ſimile/in ſpecie autẽ diſſimile/deuenire. Simili ratione ſi ſpecie ſint ſimilia:numero xᵒo diſſimilia:naʒ cũ mihi videtur in ſomnijs aliquod:non video quo nã modo poſſim ꝑſagire magis de vno eiuſdem ſpeciei:q̄ de alio. Pręterea hęc ars de genere ꝑſagitorũ:de ſpecie:deq; loco nihil ſcribit:igitur oĩno manca. Quippe cũ q̄tuor hęc de omni ꝓdicendo reſpici debeãt:vt Ptholemęus dixit.

⁋ De his quę de tempore dixit Arnaldus:⁊ quomodo ſint falſa. Cap. X.

ARnaldus multa fabulatur de tꝑe:quo pręſapita per ſomnia interꝑtantur venire. Obſeruatiõe eniʒ ſi macardi iuſſit eſſe reſpiciẽdas horas ſomniorũ:nam ſi ꝑ vnam ſomniũ ante diẽ horã venerit,ad mẽſem ꝑſagit:ſi per duas ante diem:poſt duos a ſomnio menſes. Si autẽ per tres ante diem:poſt tres menſes enuntiacum

Ayuntamiento de Madrid

tum futurum eſt. Auctoritate aliorũ p̄cipit hora ſomnij eē lunam obſeruandã: quę ſi tunc ſignũ tenuerit mobile: ſitqꝫ curſu velox: atqꝫ ſomniũ emerſerit die ac hora lunę: eadẽ die qua ſomnium euenit: pręſagitum videbitur. Si autem luna ſit curſu ſera: immobili in ſigno: ſitqꝫ ſomnium ipſum die et hora ſaturni: pręſagitum poſt tot annos videbit̃: quot gradus luna eſt peragratura eius ſigni: quot tenet hora ſomnij: hęc q̃ ſibi vana videntur: et aniles fabellę: hãc demũ regulam ſubſcribit: vt interpres inſpiciat ad qualitatem rei viſę: ad proportionem ſomniantis ad rem viſam: demũ ad lunam ipſam: quem locũ hora ſomnij teneat: quo motu moueatur: et quot gradus luna de ſigna ſit peragratura. Ad q̃litatem quidem rẽ viſę. Nam Neronis mater Neronem dum in vtero gereret: vidit in ſomnijs ſe parere draconẽ: qui conuerſus ad eam: mordens ipſam euiſcerabat. Cui interpres dixit ſomnium pręſagire eam fore parituram magnum virum: qui eam erit pernecaturus. Patet q̃ effectus non venit eo ipſo q̃ peperit: ſed ad annos multos: nam q̃litas rei viſe citius eſſe non potuit. Ad proportionem vero ſomniantis ad rem viſam: q̃ puer ſi ſomniaret ſe ſcalaſ ſcandere: non die experrectus ad honores attolletur: ſed proportione eius ad honores pręſagitos. Ad lunam vero aſpiciẽdũ eſſe dixit: vt alij dixerunt. Sed hęc friuola ſunt: nam nemo miſtim interpręteri debet vna arte: quare ſi de genere/ deqꝫ ſpecie euentorum regulas dedit nulla ſtellarũ obſeruatione: nec de tempore obſeruãdę erunt ſtellę. Or ſi de tempore ſunt ſtellę obſeruandę: igitur de genere/ ſpecie/ loco etiã eorum quę pręſentiunt in ſomnijs ſunt ſtellę diligenti rõne colligendę. Blacterięat igitur vir iſte: qui cũ fuerit omni ex parte ſupſtitioſus: nec in his vacare ſupſtitionib9 voluit.

De interpręte ſomniorum: et de regula interpręstandi ſm Ariſtotelem. Cap. XI.

EXquiſitiſſimus (vt inquit Ari[les]) ſomniorum coniector is eſt: qui rerum imagines acutiſſime pſpicere poteſt: nã recta claraqꝫ ſomnia facile q̃ſqꝫ interpręstabitur: ſicut enim aqua agitata ſtellaꝝ imagines minus apte oſtẽdit: quę vbi quieuerit: liquide eas demõſtrat: ita quoqꝫ motiones in nobis impediũt clara cõſpici ſomnia: itaqꝫ qui formas illas pp̄oſteras incõditas diſtortaſqꝫ ſomnioꝝ ſcit diſtinguere/ et veris exemplarib9 reddere: vt hominis hanc illã equi deſignet: quarũ tamẽ neutra icolumis abſolutaqꝫ cernebatur: hic eſt optim9 ſomnio-

De regła rum coniector. ¶ E quibus patet artẽ coniectandi ſomnia ſimilibus exemplaribuſqꝫ cõſtare: nõ autem cõtrarijs atqꝫ diſſimilibus. Inſuper etiam duo eſſe ſomnioꝝ genera: q̃dã aperta: in quibus exemplaria ſimiliaqꝫ clare patent coniectori. Uidere enĩ brachia pati in ſomnijs/ facile patet eiuſmodi ſomnium ad fratres eſſe referendum. Nam brachia gemelli ſunt fratres: atqꝫ ſimiles. Alia ſũt offuſa ſomnia tetraqꝫ: in quibus ſimilia atqꝫ exemplaria non clare viſa rep̄ſentat: vt ouum ſomniare quod rep̄ſentauit aurum argento circũſcriptũ: nõ clare hoc demõſtrauit. Hactenus Ari[lem].

Regulã interp̄tandi Ariſtotelis eſſe de ſomnijs naturalibus/ aĩalibuſqꝫ: nõ autem de fortuitis. Cap. XII.

SOmnia duplicia eſſe vera Ariſto[les] comprobauit: aut quę earum rerum ſunt: quarũ principiũ eſt affectus: ideſt ex parte animi: aut earũ rerum: quarum principiũ eſt humor ideſt alteratio corporea: earum rerũ q̃rum nullum in nobis principium eſt: ſomnia fortuita eē vel ſigna: vel cauſas demõſtrauit Ariſtoteles. Quo fit vt interpręstãdi regula/ quã Ariſtoteles tradidit: ſolũ ijs ſomnijs ſit: quę aut nãlia ſunt: aut animalia. Per naturalia ſomnia p̄ſentimus alterationes humorũ: morbos et vniuerſales/ et particulares: q ab illis pficiſcũtur alteratõib9/ vt febres/ dolores/ ap̄ata/ et cętera id genus. Per ſomnia vero aĩalia p̄ſentimus affectus animi: quibus mens p̄mebatur. Qua ratiõe euenit ſomnia aĩalia eſſe veluti memorias aut earũ rerum: quas facere vel agere cępimus: aut eorũ affectuum: quib9 mens ſenſariaqꝫ pars occupabatur. Sũt autẽ hęc aĩalia ſomnia plerũqꝫ aperta/ rarẽter offuſa atqꝫ detecta. Somnia vero naturalia ſunt memorię aut oſtenſiones naturę: nã cũ humores excreſcũt/ et ad ſenſus peregrinos permeant: apparent eis magis q̃ ſint ſentiri apta: ſicqꝫ in ſomniatrice ſuperioribuſqꝫ virtutib9 ſenſum efficiunt phantaſticum/ plerũqꝫ offuſum detectũqꝫ: rarẽter apertum. Hoꝝ igitur regula potiſſimum habenda eſt: quã nobis optimus naturę interpres Ariſtoteles tradit.

De ijs quę ſunt melãcholię peculiaria/ deqꝫ regula interpręstandi melancholica ſomnia. Cap. XIII.

PEculiaria melancholię ſunt ea quę ei cõpetunt/ vel ex genere ſubſtantię/ vel quãtitatis/ vel relationis/ vel qualitatis/ vel motus/ vel habitus/ vel alicuius figurę cęteroꝝ pręedicamentoꝝ: ſm ſubſtãtię q̃dẽ figuram peculiaria ſunt eē terram terraceumqꝫ/ eſſe ſaturnum/ ſaturnũqꝫ. Eſt enĩ melãcholia animalis terra atqꝫ ſaturnus. ſm figurã quãti ſunt eſſe craſſum/ eſſe antiquũ atqꝫ diuturnum. ſm figurã relationis: aſſimilatur dęmonib9 dęmoniaciſqꝫ/ nigris/ vmbroſis/ nigris liquorib9. ſm figuram qualitatis eius peculiaria ſunt eē nigrum/ offuſum/ tetrum/ acre/ ponticũ/ ſenile/ autũnale/ graue/ frigidũ ſiccũqꝫ. ſm figuram motus, eius peculiaria ſunt deorſum ferri/ tardũ/ pigrum/ ſerum. ſm figurã habitus/ tenet omnia quę ſaturnus cęleſtis tenet/ vt ędificia/ ſenes/ res antiquas/ parẽtes/ auos/ attauos/ noctes/ tenet fetida/ homines edaces/ agricolas/ et agros/ conuentus religioſos/ veſtes nigras/ lapides nigros/ hereditates/ mortuos/ putridas aquas atqꝫ paludes/ lepras et morbos qui a melãcholia pficiſcuntur. Lõga itinera/ carceres calamitoſos: pignora/ ſeruos leues pſonas/ atqꝫ ea oĩa: quę ſaturnus cęlicus tenet. Sũt et alia peculiaria: quę bon9 coniector facile per hęc reperiet. ¶ Ex his regula generalis colligitur hoc pacto/ omne viſũ in ſomnijs/ q̃ ad aliquod eorum quę peculiaria ſunt melancholię quouis mõ attinet: ideſt vel ſomniãti/ vel alieno/ vel cõmuni/ vel publico/ aut generali: vt capite 3° explicauimus: melãcholicum eſt inſomniũ. Or ſi frequẽtauerit/ morbos aut vl̃es/ vt febres/ aut particulares/ vt languores (niſi ſomniãs p̄ſeruetur) p̄ſagit. Exempla ſunt vt ſomniare dęmones/ monachos/ aut id genus aggredi/ vel te/ vel alienũ/ vt amicos/ vel te et amicum cõmuniter/ vel publicũ vt forum/ vel theatrũ/ vel vrbem/ vel generale vt orbem: humorẽ melãcholicum p̄ſagit inſomniante alterare corpus/ ſenſoriaqꝫ: quę ſi frequentauerint melancholicos morbos pręſentit ſomnians: niſi bono p̄ſeruetur regimine. Regule

De regula pticulari ſomnioꝝ melãcholicoꝝ. Ca. XIIII.

VIſum anteq̃ ad particulares morbos cõferatur/ pri9 eſſe melãcholicum generatim colligatur/ poſtea vidẽdum eſt ſi vel ſomniãtem tangit/ vel aliud diuerſũ/ ſiue ſit amicus/ ſiue patria/ ſiue orbis/ ſiue quoduis alienũ. Nam ſi tãgit ſomniantem: tũc vel ip̄m totum tangit: vel eius partẽ veluti cutẽ/ vel caput/ vel pedes/ vel particulam q̃uis eius. Si igit̃ ſomniantem nullatenus tetigerit/ melãcholia ſignificabit̃ in vaporulentis ſpiritibus potius/ q̃ in mẽbris/ humoribuſqꝫ. Quare niſi p̄ſeruetur vel aliud pollentius ei aduerſans ſuperuenerit: de effimera melãcholica ex męrore triſtitiaqꝫ eſt pręſagiendũ: aut de melãcholia vl̃ dęmonio/ vel ijs morbis: qui per ſpi-

ritus agũtur:dixi ſi hęc ſomnia pſępe atq; ſępius frequētia fuerint:vbi nāq; rarēter emergunt:de parua admodũ melācholica alteratione in ſpiritibus eſt p̄dicēdum. Raſes aſſerit hęc ſomnia quę perſonā ſomniātem nō tangunt:vl'es morbos p̄ſagire:qui totuȝ corpus occupāt:vt febres demonia/melāch olię/ ⁊ id genus. Sinautē perſonam ſomniātem id qd̄ videtur in ſomnijs:tetigerit:aut eam totam:aut eius particulam. Si eaȝ totā:de febre vel morbo vl'i/vt mania/apoplexia/epilepſia/aut de alijs id genus eſt p̄ſagienduȝ/ſi frequētauerint hęc/nec p̄ſeruetur ſomniās,vt pati incubuȝ qd̄ epilepſiam vel apopleſiaȝ nuntiat videre vmbras/q̄ totum rapiāt corpus:videre ſe quaſi imobilem grauē/cadere ab alto/⁊ inde imobilem quaſi derelinqui:hęc omnia morbos vl'es nũtiant. Sin v̄o particulaȝ/ad eam melācholiam defluxiſſe vel defluxurā morbũq; exoriri nuntiat. Narrat Arnaldus vidiſſe quēdam:cui in ſomnijs frequēter apparebat niger catus:qui eius dextrũ mordebat pedem:cui poſtea pedi dextro puſtula nigra ↄtigit:ex qua de breui obijt. Erat enim puſtula illa ex humore melācholico peruſto.audiui ab obſeruatore/ꝙ cuidam videbat̄ in ſomnijs acubus per totā cuteȝ pungi:cui poſtea ad paucos dies lepra canina euenit. Sil'i rōne argui poteſt de alijs occurrentibus.

❡ De ijs quę ſunt ſanguini peculiarib⁹/deq; regula vl'i particularīq; interp̄tandi ſanguinea ſomnia. Cap. XV.

SAnguini peculiaria ſunt hęc. ſ̄z ſubſtātię figuram q̄dem eſſe aereȝ/aereũq;/eſſe Iouem iouiaq;. Eſt enim ſanguis terrenus iuppiter:animalis etiaȝ aer. ſ̄m quātī v̄o figurā/ſunt eē mediũ inter craſſum ⁊ tenue/eſſe inter antiquũ ⁊ recens. ſ̄m figurā relatiōis aſſimilatur liquorib⁹ rubris omnibus/iucundis hilaribuſq; rebus. ſ̄m figurā qualitatis/ſunt eē rubrum/dulce/ſuaue/iuuenile/vernale/graue:ſed minus q̄ terra/⁊ aqua:calidũ ⁊ humidũ. ſ̄z figurā motus/celer potius/ad regionem mediaȝ ſcandere/atq; ſuperuolare. ſ̄m v̄o figurā habitus/oīa habet quę iuppiter cęlicus:tenet eni pacem/iuſtitiā/diuitiarũ copiam/lętam vitam/veritatem/religionem/pulchra p̄cioſa/veneris abũdantiam/largitatem/verecũdiam/hoīes albos habentes ruborē/ſtaturę pulchros:cęteraq;/quę ioui dicātur. Ex ijs generalis regula eſt hoc pacto:omne viſum in ſomnijs: qd̄ aliqua ratione ad aliquod eoruȝ/quę peculiaria ſunt ſanguini/quouis mō attinet/vel ſomnianti/vel alteri:inſomniũ ſanguineum eſt. Qd̄ ſi frequētauerit,niſi ſomnians bono regatur regimine/vel aliud pollentius interuenerit/morbos pręnũtiat ſanguineos/veluti videre nuptias/deguſtare dulcia atq; ſuauia/ventoſa emergi/fluxum fieri ſanguinis/⁊ id genus ſanguinis alterationem nũtiant. Hęc ſi vel tāgere videntur ſomniantē:vel aliud ab eo diuerſum/niſi p̄ſeruetur/vel aliud occurrat fortius:morbos ſanguineos nũtiāt,vl'es. Quę ſi tangāt ſomniantis aliquam partem:illic morbũ aduenire predicunt:niſi(vt diximus)pręſeruetur. Narrat Arnaldus vidiſſe infirmum/cui venit in ſomnis: quidam qui eum lapide pungenti maxillam ſub aure pungebat. Qd̄ cũ perſępe vidiſſet:demum apoſtema poſt aurē exoritur.

❡ De ijs quę ſunt cholerę peculiaribus/deq; regulis cholericorum ſomniorum. Cap. XVI.

CHolere peculiaria ſunt hęc. ſ̄m ſubſtantię figuram/eē ignem vel igneũ/eſſe martium vel marteȝ. Eſt enim cholera terrenus mars/animaliſq; ignis. Scd̄m quātī v̄o figuram/eē rarũ teneīq;/eſſe virile iuuenileq;. Scd̄m figurā relationis ſimilis eſt omnibus liquoribus citrinis/atq; nāę horridis. Scd̄m qualitatis figuraȝ/eſt citrina/amara/iuuenilis/ęſtiua/leuis/calida ⁊ ſicca. Scd̄m figuram motus celerrima/volatilis/ſurſum petens. At ſ̄m habitus figuram:ea omnia hȝ:quę mars cęlicus. Tenet enim fratres/peregrinationes/iuuenes/tenet artes/quę per igneȝ aguntur,atq; ferruȝ/habet vulnera/rixas/bella/iniurias vilium/ſanguinis effuſionem/violentias/prędones/iracũdos/celeritates/feditatē coitus/abort⁹/oppilationes/febres cholericas/puſtulas/⁊ omnes morbos:qui ſunt cũ rubedie corporis/dolores capitis/homines rubeos/ſup̄bos/atq; ea oīa quę mars:q̄bus regulę conſtant. Nam omne viſum:qd̄ ad aliquod horuȝ quouis modo attinet/eſt pręnuntiās alterationem cholere. Qd̄ ſi perſeuerauerit:morbos p̄dicit:⁊ perſonam ſomnianteȝ totā/vel oīno aliud ab ea tetigerit:vl'es morbos. Sinautē eius qui ſomniat particulam:ad eā morbum defluere ſignificabit:vt videre prunas/vel ignes/vel per aerem volare/ſocius noſter vidit ſe per prunas ambulare/totũq; vri:⁊ iam febris cauſon eum accepit. Ali⁹ omni fere nocte faciem ſuaȝ videbat vrticis moleſtari:qui demũ hereſipelea laborauit.

❡ De peculiaribus flegmatis/deq; regulis eiuſdem ſomnij. Cap. XVII.

SEcundum ſubſtātię figuram ſunt aqua aqueum eſſe venerem venerium. Eſt enim flegma animalis venus/aqua v̄o terrena. Scd̄m quātī figuraȝ/eſt craſſuȝ/corpulētum/atq; ſenile/antiquũ. Scd̄m figuraȝ relationis eſt oīb⁹ albis liquorib⁹ ſimile/vitreis/gypſeis/gelicidijs/niui/lacti/çaccharę/viſcoſis/tenacibus/⁊ id genus. Scd̄m figuram q̄litatis eſt album/claruȝ/perſpicuuȝ/ſapore interduȝ dulce/ponticuȝ/aliquando ſalſum/aliquando inſipidum. Senile/muliebre/hibernuȝ/graue/frigiduȝ ⁊ humidũ. Scd̄m mot⁹ figuram/eſt pigruȝ/ſeruȝ/ſegne/atq; deorſum petēs. Scd̄ȝ habit⁹ figurā tenet omnia quę venus ⁊ luna tenent:vt ocia/mulieres/earũq; ornamenta/margaritas/pinguia/alba oīa/vnctuoſa/homines albos/cęteraq; quę luna:quibus regulę (vt prius colligũtur) Omne eniȝ viſum ad aliquod horuȝ quolibet attinens eſt flegmaticuȝ ſomnium. Qd̄ ſi frequentauerit:morbidum erit. Vl'iter quidem ſi vel totum ſomniantem/vel oīno ab eo aliud tetigerit:particulariter auteȝ ſi eius aliquam parteȝ amplectetur. Quidaȝ vidit ſibi humeros a pluuia madefieri/experrect⁹ reperit ad humeros defluxiſſe flegma. Viſuȝ eſt mihi nō raro deguſtaſſe lac:⁊ experrectus linguaȝ dulci flegmate plenaȝ reperi. Quidā vidit ſubmergere ſe in mari ſupernatareq;:qui captus fuit febre flegmatica. Alius vidit ſe quaſi lignuȝ imobileȝ:qui poſtea repletus fuit flegmate. Alius vidit ſe pedibus detentũ: qui poſtea podagra laborauit. Infirmus quidam vidit pedes graues tumidoſq;:ad quos magnum apoſtema defluxit flegmaticuȝ. Ex ijs facile de oībus humoribus miſtis/⁊ vniuerſalia ⁊ particularia/bonus coniector poterit interp̄tari:quippe cum ex ſimplicib⁹ compoſita conſtent.

❡ Problemata interpretationum ſomniorum:quę ſ̄m medicos ſoluuntur.

CVr ſomnia quę vltima noctis p̄te accidunt/queq; res eo modo repręſentant:quo interdiu ⁊ vigilando agebantur:ſanitatis amiſſę recuperandę/vel habitę conſeruandę nũtia ſunt. An ꝙ animus diurnis in ↄſilijs nulla plenitudie/nullaq; inanitate p̄manet,nullaq; alteratione:deniq; emergente/ſuperatus. pm

❡ Cur ſomnia in prima noctis parte/offuſa/turbida/atq; oī ex parte diuerſa repręſentantia ab his quę interdiu agebātur:ęgrotatiua ſint. An ꝙ animus plenitudine/vel inanitate/vel alteratione aliqua ſuperatur. 2m

❡ Cur ſol/luna/ſtellę ex conſuetudine lucidę ſplendidę conſpectui ſubiectę apparentes in ſomnijs ſanę ſint:contra v̄o obſcurę/tenebroſe atq; omni ex p̄te alteratę ab eo:quo interdiu 3m

terdiu videbantˀ/moꝛbidę. An ꝙ coꝛpus nec alteratuꝫ/nec
animum humoꝛe aliquo e ſuperatuꝫ,nec inanitate,nec ple/
nitudine affectum notant.
4ᵐ ℭ Cur ſi ſtellarū circuitus vel ſolis vel lunę extingui aut lę/
di,aut occultari,aut oīno impediri viſus fuerit. Si ab aere
vel nube leuē moꝛbū,ſi ab aqua vel pluuia grauē ꝓnūtiat.
An ꝙ coꝛpus ſuꝑficietenus multa pituita alteratur,ſi aqua
vel pluuia ſtellę circuitus impediri viſus eſt. Si ꝟo aere vl'
nebula,pauco eius circūferentia pituitę afficiˀ:quo fit vt ſi
luna vel ſtella pati intrinſecus videatur nebulam vel plu/
uiam:ſomniantis coꝛpus intrinſecus pituita alteratur.
5ᵐ ℭ Cur ſtellarū circuitus ſi a ſiccitate affligi/vel ſi ſtellę vri
vel incendij quicꝗ pati videanˀ/ęgrotationis periculuꝫ ex
rubrę bilis accretione īminet ſomnianti. Quę ſi ab igne vel
vꝛedine victę ſtellę videanˀ ita vt demū occultę appareāt
cur ſomniāti/moꝛtis eſt inditiuꝫ. An ꝙ rubrę bilis peculia/
ria ſunt hęc. Stellę ꝟo vitę īdices:q̄re ſi ab igneis pati ſtel/
lę videanˀ/cholere excrementū in coꝛpoꝛe indicant,quę ſi
viſę/⁊ quaſi in ꝓfundo offuſę apparuerint:cholerā in coꝛpo
ris ꝓfundo ſubmergi ꝓnuntiant:ex qua moꝛs euenit.
6ᵐ ℭ Cur ſi ſomnianti apparuerint ſtellę aut fugere/aut in fu/
gam verti/aut verſę celeriter fugere alijs deinceps in ſequē/
tibus futuras inſanias ꝑſagient. An ꝙ animus vacillatiōe/
furoꝛe/atꝗ titubatione melancholici humoꝛis rapitur/qđ
quidem ſine inſania eſſe non poterit.
7ᵐ ℭ Cur ſi ſtellę nulla aliūde neceſſitate aut vi vꝛgente vaga/
ri videanˀ/aīum męroꝛe affici ꝓnuntiāt. An ꝙ aīuꝫ ſollici/
tudine curaꝗ atqꝫ humoꝛe mel'ico ſuꝑari ſignificant.
8ᵐ ℭ Cur ſtellę quę e circūferentia purę ſplendidę/delabi/ac
oꝛientis regionē petere vidētur:bonę valitudinis teſtimo/
nia ſunt. An ꝙ oē qđ vel in coꝛpoꝛe eſt ſeꝑatum:vel in aluo
excretuꝫ/vel in carne pullulās/id ꝓhe omne ab occidui cir/
cuitu/cui recte heret:excidit verſuſqꝫ oꝛientē petens.
9ᵐ ℭ Cur contra ſi nigrę vel obſcurę,ſiue ad occiduum,ſiue in
mare,ſiue in terram,ſiue paulo ſupꝛa deferri videanˀ/moꝛ
bos nuntient. An ꝙ quę ſupꝛa feruntur:grauedines:quę in
mare/malo ſalui habitus/quę in terra tubercula exoꝛiri na/
ſciqꝫ pręďicunt.
10ᵐ ℭ Cur ſi videbitur ſomnians in cęleſtibus inſidere/cernēs
illic omne qđ videt:puruꝫ ⁊ humidū:bonam nūtiet valitu/
dinē. Contra ꝟo ſi qđ illic cernit:nigrū quodlibet/impurū/
⁊ minime luſtre viderit/maluꝫ moꝛbū. An ꝙ animus a cę/
leſtib⁹ in hoīs coꝛpus deſcendit:quare tale aīo repſentabiˀ/
quale hoīem intrauerit. An ꝙ aīus nulla alteratione altera/
tur dum lucida cernit:nā ⁊ ſpiritus de nā ſunt lucis:duꝫ ꝟo
obſcura/alteratione ꝑmitur:quę ſpiritus affecit.
11ᵐ ℭ Cur videre aquā aut pluuiā lenem ſereno cęlo/ſine vehe/
menti madefactione/aut graui tēpeſtate/bonū ꝑſagiet tem
peramētum. Cōtra ꝟo ſi offuſo cęlo impura videaˀ aqua
atqꝫ cuꝫ ꝓcella vel grandine/malū. An ꝙ qualis ſpirit⁹ coꝛ/
pus intrat:tale apparet in ſomnijs:cū igiˀ ſereno cęlo ſpiri/
tus clarus intret:turbido/turbidus:iure viſum pꝛimum bo
num:ſcđm ꝟo malum pręnuntiat.
12ᵐ ℭ Cur in ſomnijs acute intueri,aut audire/tuto incedere,ſe/
cure ⁊ ſine vlla foꝛmidine currere. Itēqꝫ terrā planam be/
neqꝫ cultam ambulare/arboꝛes floꝛētes ⁊ fructuoſos ⁊ mi/
tes/fluuios pꝛo moꝛe aqua limpida/nequaꝗ iuſto plenio/
res/minoꝛeſue fluētes/fontes itidē/⁊ puteos ante oculo ob/
uerſari/bene ſe habere coꝛpus ꝓnuntient. An ꝙ ſpiritus:q/
bus coꝛpus ꝯſeruaˀ/lucidi ſunt/atqꝫ paucis vapoꝛib⁹ offu/
ſi. Quare ꝯtra ſi hęc videanˀ/male coꝛpus ſe hr̄e pręſagiet/
nā auditū ledi circa caput eſſe noxam docet:crura offendi/
illic moꝛbū dicit. Aſpera terra/coꝛpus impurum eē notat.
Arboꝝ ſterilitas humani coꝛpoꝛis ꝑnicię̄ indicat:ſiqđeꝫ ſi/
ne folijs arboꝛes/ab humidis frigidiſqꝫ detrimētuꝫ. Cū fo/
lijs ꝟo:ſed ſine fructu/a calidis ⁊ ſiccis. Fluuij non pꝛo na/
tura fluentes ſanguis circuitum ſignant:largius qđeꝫ exceſ/
ſuꝫ:minus ꝟo defectum. Si impuri fluant,in ſpiritibus et
coꝛpoꝛe ꝑturbationeꝫ eſſe ſignificant. Nocturnę fontium/⁊
puteoꝝ imagines/ventos circa veſicam eē argumēto ſunt.
Mare turbatū alius malū ſubeſſe indicio eſt:terra vel do
mus mouens/ſano aduerſaꝫ valitudineꝫ:terram vel a mari
vel ab alia re quāpiaꝫ aquarū multitudine inundari/ęgro/
tationē multę quę in coꝛpoꝛe eſt/humiditatis expectandaꝫ
eē teſtaˀ. Vtiqꝫ nec id in bonis eſt in ſomno terram nigrā/
aut crematā videre:naꝫ periculoſiſſimi moꝛbi indiciuꝫ eſt:
atqꝫ moꝛtiferi:ſiccitatis eni exuꝑantiā carni iſtātē deꝑhēdiˀ.
ℭ Cur in palude vel mari vel fluuijs natare videri/non bo 13ᵐ
num ſit. An ꝙ humidi flegmatici exceſſuꝫ teſtatur. Hęc.n.
erāt flegmatis peculiaria. Cōtra ꝟo ſi febꝛicitanti h' videa/
tur bonū:nā calꝛ̄m ab humido frigidoue extigui īdicio eſt.
ℭ Cur quicqđ neqꝫ maius neqꝫ minus/ſed ex conſuetudine 14ᵐ
⁊ pꝛo natura eē apparuerit/pꝛo bono valitudīs habeˀ. Cō/
tra ꝟo/pꝛo malo. An ꝙ ſpirit⁹ ſm nām ſunt in coꝛpoꝛe nec
alterati/nec humoꝛe pꝛęſſi:quā ob cauſaꝫ veſtem candidā/
ac pulcherrimos calceos indui bonuꝫ eſt:qđ ex mēbꝛis eſt
maius/eſt non bonū:nec vtiqꝫ qđ minus. Naꝫ candida vi/
dere ſpiritus lucidos eē notat. Mēbꝛa diſtoꝛta obſcuros:
eadem ratione nigra oīa moꝛbida ac periculoſa ſunt. Pue
ros ⁊ in albis veſtimētis moꝛtuos videre bonuꝫ etiā eſt/nā
ſic cuꝫ moꝛiunˀ ſm rōnem oꝛdinantur.
ℭ Cur videre noua coꝛpoꝛi moꝛbum enuntiet. An ꝙ vide/ 15ᵐ
re noua mutationem in coꝛpoꝛe ſignat.
ℭ Cur ex pueris moꝛtuis candidis veſtib⁹ indutis aliqđ pu 16ᵐ
ri accipere in bonis ſit. An ꝙ coꝛpoꝛis ⁊ reruꝫ ingrediētiuꝫ
integritatem declarat:ex moꝛtuis eni nutrimēta/ incremen
ta/⁊ ſemina pꝛoficiſcuntur. ꝓptereaqꝫ hęc ſi pura in coꝛp⁹
ſerpunt:ſanitatis ſunt.
ℭ Cur nudatos vel pullatos vel ſoꝛdidos vl' e domo aliqđ 17ᵐ
capientes auferēteſue conſpici/moꝛbum arguat. An ꝙ hoc
non aptuꝫ eſt/quare res coꝛpus ingrediētes noxię ſunt.
ℭ Cur coꝛpoꝛa quęcūqꝫ in ſomnijs defoꝛmia:quę hoīeꝫ ter/ 18ᵐ
rent videre moꝛbū periculoſuꝫ exponūt. An ꝙ cibi ſatieta
tem/excrementuꝫ/choleraꝫ nigram/indicant.
ℭ Cur in ſomno videri quid aſſueti potus aut cibi ſumere/ 19ᵐ
animi languoꝛem notet. An ꝙ alimēti inopiam ꝓbat. hinc
validiſſimas carnes videre maximi exceſſus/pauciſſimas/
minoꝛis eſt pręſagium:nam vt quod aſſumitur bonum/bo
num eſt:ita quod apparet/erit.
ℭ Cur aq̄ pura potata bonuꝫ:reliq̄ ꝟo oēs noxię. An ꝙ qc/ 20ᵐ
quid aſſueti hō ſpectare videˀ/animi deſideriū teſtaˀ.
ℭ Cur quodcūqꝫ fugere perterritus ſi videtur/moꝛbidum. 21ᵐ
An ꝙ ſanguineꝫ in ſiccitate infeſtantem detegit.
ℭ Cur pugnare vulnerari/cruentari/vinci/moꝛbida. An ꝙ 22ᵐ
hęc cholerę ſunt peculiaria:quare coꝛpoꝛis ſecretioneꝫ cir/
cuitus inimicaꝫ contigiſſe ſigno ſunt.
ℭ Cur ex viſis erroꝛes/vagationes/aſcenſus mali ⁊ graues/ 23ᵐ
fluuioꝝ traiectus/armati hoſtes diuerſi gn̄is mōſtra ęgro/
tatiōis,ſiue iſanię argumēta ſunt. An ꝙ ſpūs vapoꝛib⁹ me/
lācholicis infici īdicio ſunt/atqꝫ cholericis vapoꝛib⁹ offuſi
motiqꝫ ꝑ coꝛpus. Hęc ſunt ꝓblemata q̄ ex diuino Hippo/
crate ſūt collecta in eo libꝛo:quē de inſomnijs īſcripſit:quę
oīa intelligi debēt/ſi frequētauerint:vel ſi aliud foꝛtius ad/
uerſans nō ſucceſſerit:nā vt Ari[les] dixit:ſępe adſunt pluuię
ſigna:qbus nō ſemꝑ pluuia euenit. Nā aliud foꝛtius aduer
ſans foꝛtaſſe obiter occurrit:mutās ſigna ad oppoſitū.
ℭ Cur q videt ſe in latrina vel fetido loco/malis humoꝛib⁹ 24ᵐ
eſt repletus. An ꝙ fetoꝛ hic a putredine exoꝛitur humoꝛū:
qui in eius coꝛpoꝛe ſunt.
ℭ Cur ſi ſomnians ſentiat ſe grauari,vt ꝑꝫ cū ſentit incubū: 25ᵐ



Ayuntamiento de Madrid

ęgrotet. An ꝙ hęc grauedo plenitudinẽ humoꝝ notat.

26m ¶ Cur per loca anguſta atqʒ per foramina ſi qs ſe ambulare conſpiciat/ ęgrotet. An ꝙ inſtrumẽta anhelitus graue pati ęgritudinẽ demonſtrat: quę ipſaʒ totam aeris quãtitateʒ attrahere vetat: quãta eſt ei neceſſaria. Alia complura ꝓblemata fieri poſſent: quę vt breues omittimus: ſuntqꝫ itelligẽda oia, vt dixit Ariſtoteles vt in pluribus/ atqꝫ corporibus nõ ꝑſeruatis. Quẽadmoduʒ eni phyſiognomus ex vno duntaxat ſigno: qđ in corpore notauit: non ꝑſagit animi affectum: ſed ex pluribus ideʒ conſignificantibus: ita coniector medicus atqꝫ phyſicus nõ debet ex vno ſomnio humoris alterationem vel morbũ coniectare, ſed ex cõſimilibus atqꝫ cõpluribus idem ꝑſagientibus, modo ſomnians non ꝑſeruet/ nec aliud aduerſans emergat. Hactenus de regulis interpretãdi naturalia ſomnia.

¶ De diuiſione animalium ſomnioruʒ/ ⁊ quę per ipſa liceat coniectari. Cap. XVIII.

Animalium ſomniorum alia ſunt quę ab affectibus naturę/ alia quę ab affectibus artis/ alia ab affectibus eoꝝ: quę nobis obiter occurrũt/ ꝓficiſcunt. Affectꝰ naturę ſunt: qui aīę inſunt fere a natura: qualia ſunt virtutũ incitamenta/ atqꝫ ſemina. Aliqui enim naſcunt natura fortes/ vel audaces/ vel timidi. Aliqui temperati/ vel intemperati/ vel inſenſati. Aliqui liberales/ vel prodigi/ vel auari. Aliqui ꝟo alijs atqꝫ alijs affectibꝰ ad alias atqʒ alias virtutes vitiaue idonei: affectus artis ſunt/ quatenus alio affectu afficit qui eſt piſcator: alio qui eſt mercator: alio q ſutor, alio qui barbitonſor: alio atqʒ alio: qui alia atqʒ alia arte eſt peritus. affectus ꝟo eoꝝ/ quę nobis obiter occurrunt: ſunt earũ rerũ: quas vel agere vel facere, vel iuenire, vel recordari cępimus, vel ꝓpoſuimus. ꝓpoſui/ vt mihi barbam tõderet barbitonſor, cõpluribus occupatus oblitus eram: at nocte videbam mihi barbam tõdi: cępi q̃rere librũ: quẽ non inueni: nec cui conceſſeraʒ vigilãdo recordari poteram multitudine ſenſiliũ: quę memoriã auertebat. noctu ꝟo eiꝰ cui librũ conceſſeram, recordatus eram: qua rõne libruʒ recuperaui. Simili mõ ⁊ de alijs infinitis: vel quę agere, vel facere, vel iuenire, vel recenſere in vigilia cępimus: quę tñ exequi occurſu maiorum quę ſenſus noſtros ꝑmerent: nullatenus poteramus. Hęc itaqꝫ ſomnia affectuũ ſunt eoꝝ q̃ in nobis erant ꝑtermiſſa. ¶ Patet igit quę per hęc ſomnia liceat coniectari. Naʒ per ſomnia quę ab affectibꝰ ꝓficiſcũtur naturę/ nos affectus virtutũ pręſagimus. Veruʒ non ex vno ſomnio: quẽadmodum nec ex vno naturę ſigno vultiſpex: qui gręce dicit phyſiognomos: de animi affectu cõiectat: qui igit vult per ſomnia affectũ alicuius ꝑſagire: oportet colligere cõplura ſomnia: aut petere ab eo: cuius affectũ coniectare intẽdit: qualia plerũqꝫ ſint eius ſomnia: quę ſi ꝓ maiore parte iuenerit ad liberalitatẽ ſpectantia: poterit euʒ natura eẽ liberaleʒ diiudicare. nam veluti vna hirũdo ver non facit: nec vnum actũ fęliceʒ: ita nec vnuʒ ſomnium ꝑſagit animi affectũ. ſed vel plura eũdem portendẽtia. Per ſomnia ꝟo quę ab affectu artis exoriunt: artes eoꝝ coniectamus: quoꝝ ſomnia ſunt: ſed nec ꝑ vnuʒ ſomniũ. Nõ eniʒ ꝙ quis ſemel de piſcibꝰ capiẽdis aliqd ſomniauerit/ eũ eſſe piſcatorem eſt cẽſenduʒ. nec ſi qs tẽdere alteri barbã ſomniauerit ſemel, eum eẽ barbitõſorem aſſeremus: ſed eius cuius iudiciũ de arte quęrimus oportet cõplura ſomnia colligere: aut ab eo petere q̃lia eius ſint ſomnia plerũqꝫ. quę ſi ad idẽ oīa vel pro maiore parte erũt: de arte cõiector facile cõiectabit. At ꝟo per ſomnia eoꝝ: quę nobis obiter occurrũt/ eos affectus iudicamus: quibus pręcedẽti die ꝑmebamur. Hęc ſomnia ſunt potius memorię eoꝝ: quę vel agere vel facere, vel inuenire, vel recordari pridem cępimus: quare ex vno ſomnio coniector de ſomniãte: vel ſomniãs de ſe ſuiqꝫ affectu obiter emerſo facile poterit coniectare. De ijs nihil ad ꝓhos: quippe cuʒ oībus conſtent. Colligẽdę igit ſunt regulę: quibus ⁊ ſomnia affectuũ naturę: ⁊ ſomnia affectuum artis interꝑtentur. Hęc enim ſunt ꝓhis digna.

¶ De affectibꝰ naturę ⁊ eoꝝ materijs ſubiectis. Cap. XIX.

Vt diximus naturę affectus virtutes vel vitia ſunt nãles: qbꝰ ſumus ad virtutes vel vitia ꝓpenſi. Sũt auteʒ hi numero. 12. nam circa timores vel fiducias: ſunt mediocritas qdeʒ fortitudo: exceſſus audacia: defectus ꝟo timor. Circa voluptates atqꝫ dolores ſũt/ mediocritas quidẽ temperantia: exceſſus intẽperantia: defectus ꝟo inſenſibilitas: ſiue inſenſatio. Circa dandas capiendaſqꝫ pecunias: mediocritas qdem eſt liberalitas: exceſſus prodigalitas: defectus ꝟo auaritia. Sũt etiã ⁊ alię circa pecunias affectus: ⁊ mediocritas eſt magnificentia. Magnificus eniʒ differt a liberali: naʒ hic circa magna: ille circa pua verſat. exceſſus eſt vẽtoſitas. defectus ꝟo modicitas. Circa honores ⁊ inhonorationes/ mediocritas eſt magnanimitas. exceſſus inflatio. defectus autem puſillanimitas. Circa iras mediocritas eſt mãſuetudo. exceſſus iracũdia. defectus ꝟo ſegnities. Circa verũ mediocritas eſt veracitas. exceſſus arrogantia: defectus diſſimulatio. Circa iocũdum: qđ in loco conſiſtit: mediocritas eſt comitas vel vrbanitas: exceſſus ſcurrilitas: defectus ruſticitas. Circa iocundum in vita mediocritas eſt amicitia: exceſſus eſt laſciuitas/ vel placentia/ aut adulatio: defectus inhumanitas. Circa affectꝰ modeſtię/ mediocritas eſt verecũdia. exceſſus: quo qs nulla in re verecũdatur eſt impudẽtia. defectus ꝟo quo quis in omni re verecũdatur/ eſt pauitas. Circa inuidias atqʒ maliuolẽtias/ mediocritas eſt indignatio. exceſſus quo quis de oībus dolet: eſt inuidia. defectus ꝟo maliuolentia. iuſtitia ꝟo oīum eſt eoꝝ: quę in nobis vel actionuʒ/ vel adminiſtrationũ ſũt: mediocritas. Hęc ſunt affectus/ atqʒ eoꝝ ſubiectę materię: quos capitulatim recenſimus: nã diffuſe Ariſtoteles in his libris expoſuit: qui ęthicorum ſunt. 12. virtutes hic deſcribunt.

¶ De regulis interpretandi ſomnia quę indicant affectꝰ naturę. Cap. XX.

Facile ex ijs põt coniector ſomnia quę ab affectu ꝓficiſcũtur: interꝑtari/ ⁊ ex illis affectuʒ deducere. Nam ſi ſomnia circa timores vel fiducias ſunt: ſi ad mediocritatẽ atinent: fortis indiciũ ſunt. ſi ad defectũ: timidi. ſi ad exceſſuʒ: audacis. Narrauit mihi amicus vidiſſe in ſomnijs quẽdam ſibi hoſtẽ: qui eũ armis acerrime iuadebat: ac ipſe reuoluto clamide in brachio videbat hoſtem iuadere/ ita vt arma ex manu arriperat: experrectus q̃ſiuit a me interꝑtationeʒ: cui facile reſpondi/ hoc nihil/ niſi animi affectum/ quę fortitudo eſt: ꝑſagire. Teneo igit te virũ fortem: ⁊ qdem ita erat. Si ꝟo ſomnia verſent circa voluptates ⁊ dolores: ſi ad mediũ tendunt: tẽperantiaʒ ꝑſagiunt. Sin aũt ad extrema: extremos affectus nũtiãt. Eſt alius amicus noſter: qui vidit in ſomnijs ſibi delatã eẽ pulchraʒ mulierem a parentibꝰ metu hoſtiuʒ ab eo cuſtodiendã: quã cuʒ vidiſſet poſt pauca fuiſſe eius amore captã: nõ modo amorẽ repudiauit: ſed eaʒ acerrime reprobauit. Experrectus quoqʒ mihi ſomniuʒ narrauit: cui facile ꝑdixi eius aīum caſtitate atqʒ tẽperantia eſſe nã affectum: nec aliud portẽdere: quod cõceſſit aſſerens ſe hoc idẽ agiſſe non ſemel in vigilia. At ſi ſomnia circa pecunias dãdas vel capiẽdas verſent. Si ad medium tẽdant: in aīo ſomniantis eẽ liberalitatẽ eſt cenſendum, ſi ad extrema/ eius aīum ad extrema verſari etiã: dux quidam narrabat mihi, oīa eius ſomnia/ qbus fere omni nocte ꝑmebatur. At ego colligendo oīa: diiudicaui illa ad lu-

crum

Ayuntamiento de Madrid

crum/vel rapinas/vel furta tendere:ex quibꝰ facile de eius extrema auaritia/atqꝫ miſeria coniectabã:deqꝫ eius tyrrãnide:ſed cum a me toties queſiuiſſet:demũ excuſatione p̃miſſa:qua ſemꝑ cum pꝛincipibus vti debemus:dixi in eius animo eſſe ſũmam miſeriã atqꝫ auaritiã:nec aliud ſibi poꝛtendere ſomnia/niſi aium ſemper in tyrrãnicãdis ſubditis verſari.¶ Eſt igit̃ regula,vt materia colligatur:circa quam verſant̃ ſomnia:deinde ſi ad exceſſum:vel defectum vergerint:quibus collectis,quid in animo ſomniantiũ ſit facile coniectoꝛ depꝛehendet. Hãc regulam optimus naturę interpꝛes vno verbo attingit/cum dicit ſtudioſoꝝ ſomnia eẽ ſtudioſa/atqꝫ fęlicia:pꝛauoꝛũ vero pꝛaua/atqꝫ infęlicia. Hęc de ſomnioꝛum interpꝛętatione:quę ab animi affectibus naturalibus pꝛoficiſcuntur. Regula.

De regulis interp̃tandi ſomnia artificum. Cap.XXI.

Regulas interp̃tandi artificũ ſomnia facile coniectoꝛ inueniet:nam tractant fabꝛilia fabꝛi.Et nauita de ventis: de bobus tractat aratoꝛ.Opꝫ igit̃ ad materias artiũ aſpicere:videreqꝫ circa quã artium materiam ſomnia pleruqꝫ verſentur:ꝛ iuxta illam de arte pręſagire. Quidam venatoꝛ pleruqꝫ de canibus/deqꝫ lepoꝛibus/atqꝫ capꝛeis nũc capiendis/nunc fugiendis ſomniabat.At cũ q̃ſiuiſſet a me eoꝛum ſomnioꝝ coniectationem:pꝛędixi in eiꝰ animo venatoꝛiam eſſe facultatem:quoꝝ interp̃tationẽ admirabatur.Ego enim qui venationibus ſemper ſum emerſus/frequẽter in ſomnijs video me venationibꝰ implicatũ. Pꝛidem barbitõſoꝛ noſter dum mihi barbaꝫ tondebat/dixit ſe nocte pꝛoxima in ſomnijs tondendo barbam cuiuſdaꝫ villici/illi vulneraſſe maxillam:cui ſubdixi:dicens magiſter tu vigilans ꝛ doꝛmiẽs ſemper barbitonſoꝛ es. Vexat te barbitonſoꝛia facultas nõ modo in vigilia atqꝫ interdiu:ſed noctu atqꝫ in ſomno.ergo tua fringere arte. Recoꝛdoꝛ duꝫ patauij aderaꝫ noctu dieqꝫ ꝛ doꝛmiendo ꝛ vigilando ſemper in diſputationibus verſari:ꝛ multa p̃fecto in ſomno acuta atqꝫ docta argumenta inueni.Eram eni tunc ea diſputandi arte valde pꝛęſſus. Hęc pauca de regulis ſomnioꝛum artificum ſufficiant.

De regula diſcernendi ſomnia. Cap.XXII.

Hoc quod in coniectoꝛe arduũ eſt,ac Ariſtoteles reticuit: eſt diſcernere inter ſomnia nãlia/atqꝫ animalia. Vtraqꝫ enim animę nullam p̃bent admirationem/nãlia quidem:cuꝫ motu naturę agant̃. Animalia vero:cuꝫ deluſiones ſint quędam eoꝛum:circa quę anima fuit ſollicita atqꝫ in vigilia occupata:quare nulla hoꝛuꝫ animę admirationem tribuũt.hinc inter hęc differẽtias reperire admoduꝫ difficile eſt.Somnia quę vi moꝛboꝝ moꝛbidoꝛuqꝫ alterationum emergũt:facile diſcernunt̃. Nam/vt Hippocrates dixit/oĩa ſunt offuſa diſtoꝛta incõdita/atqꝫ terribilia.cũ ſpiritus qui imagines ferunt in moꝛbidis coꝛpoꝛibus: alterati atqꝫ male affecti ſint.mõ quales ſpiritus/vt Hippocrates inquit.Coꝛpus intrant:talia ſomnia reſultant:quare facile hęc annotãtur ſomnia. Pꝛęterea ſunt de rebꝰ atqꝫ ſubiectis materijs:q̃ nec affectui artis,nec naturę affectibꝰ ſubijciũtur:vt de ſtellis cęlitis motibus/quietibus/cęteriſqꝫ quę ſubiecta ſunt naturę.At ſomnia aĩalia verſantur circa materias vel virtutum,vel artis:quas ſuperius deſcripſimus. Hinc regula diſcernendi hoc pacto colligit̃:nã cũ ſomnia ſint cognitiones ſomniales:ꝛ cognitiones diſtinguãtur pęnes ſubiectas mãs:hinc materias reſpicere opoꝛtet: quę ſi ad affectus virtutum vel artis ſpectauerint:aĩalia erunt ſomnia.Si vero ad res naturales,vtpote ſtellas,cęlita/vapoꝛes/exhalationes,animalia/miſta/ſtirpes metalla/ꝛ hoꝛum motus ꝛ mutatiões:p̃culdubio ſana vel ęgra ſomnia erũt:

Illud tamẽ non eſt p̃termittendum eſſe ſomnia interdũ animalia ꝛ ęgrotatiua vel ſanatiua. Barbitonſoꝛ eniꝫ ꝛ ſi affectu artis de ſuis pertractet materijs:tamẽ circa illas ſi bene lucideqꝫ atqꝫ condite ſomniauerit:ſanatiua erũt ſomnia. Si autẽ obſcure incõdite atqꝫ diſtoꝛte:ęgrotatiua ſomnia eſſe non eſt ambigendũ. Quibus itaqꝫ ſomnia diſcerni poſſint:ex his perſpicuum eſt.Et de arte interpꝛętandi peripatheticoꝛum hactenus.

De his quę quidam pꝛęmittunt ad interpꝛetandum cęlica ſomnia. Cap.XXIII.

Quoniam nõnulli peripatheticoꝝ cęlica ſomnia concedunt:quę nobis mitti ab intelligẽtia agẽte dixerũt,vt Auerroes/Auicẽna/Algaçel atqꝫ Alpharabius: compluresqꝫ alij:quos ſuperius enarrauimus: ideo pꝛima regula de interp̃tandis cęlicis ſomnijs eoꝛũ eſt vt ſi vera ſint ſomnia:vel inſomnia ideſt falſa:annotet̃. Hoc aũt Auerroes ex his cognoſcere docuit/ex parte tẽpoꝛis vt ſint pꝛope diẽ vtpote celebꝛata pꝛo maioꝛe parte cibi cõcoctione. Nam tũ animę partes ipſę ſenſarię lucidius atqꝫ clariꝰ imagines condunt.Sũtqꝫ pꝛomptioꝛes ad ſuſcipienda ſomnia:quę ab intelligentia agẽte mittuntur,eo ꝙ motꝰ ſunt magis ſedati ex parte naturę:nã verioꝛuꝫ ſomnioꝛum ſunt: quoꝝ natura eſt melãcbolica:lꝫ Petrus aponẽſis eius verioꝛa eſſe ſomnia affirmet:cuius natura eſt ẽperata: nam q̃ ſicce fuerit naturę:lꝫ bene retineat:male recipit. Qui vero humidę:bene q̃dem recipit:ſed male detinet. At qui calidę naturę eſt:hic in actionibꝰ inſtabilis eſt:q̃ deniqꝫ frigidę:omni ex parte tardus atqꝫ piger eſt ad motus. Quare verioꝝ ſomnioꝝ is erit:cuius nã temperata eſt:qð mihi magis placet:naꝫ temperatioꝛis naturę oẽs operationes ſunt tẽperatioꝛes:ex parte vero ꝯſuetudinis in dicendo vel agẽdo:naꝫ is verioꝝ ſomnioꝛum eſt:qui tum verbis/cũ factis verioꝛ eſt. Mẽdacis eniꝫ aia ꝛ vigilando/ꝛ doꝛmiendo mẽdax ſemꝑ eſt.nam vſue pꝛauarũ cõſiderationũ ſomniatricẽ partem afficit/vt non bene rõnabili parti obediat. Dixit eni Ariˡᵉˢ quoꝝ loquax eſt natura/ꝛ melãcbolica multimodas viſiones vidẽt. Quippe cũ in multo ſemꝑ ſint motu.ex pte etiã cõſuetudinis in ſomniãdo:nam qui cõſueti ſunt vera p̃ ſomnia p̃ſentire/plerũqꝫ vera ſomniant.¶ Unde q̃dam coniectoꝛ circa ſomnia interp̃tanda vtebatur optima cautela: nũqꝫ eni ſomnia inter p̃tabatur:quin pꝛius a ſomniãte perquireret/ſi eius ſomnia vera plerũqꝫ euaderent:deinde de interp̃tatione differebat. Quare ex pte ꝯſuetudis ſomniandi magna pars ſomnioꝛum veroꝝ/vel falſoꝛuꝫ dignoſcit̃: etiã ꝛ ex pte animi eiꝰ q̃ exprectus eſt:veritas vel falſitas ſomnioꝝ ꝯiectat̃:naꝫ poſt vera ſomnia exprecti aia remanet admirata.Expgiſciturqꝫ doꝛmiens q̃ſi timidus. Nemo eni in veris ſomnijs verſat̃:q̃n excitatꝰ/q̃ſi a nã pulſus/attonitꝰ/admiratus atqꝫ timidus nõ derelinquat̃. Cuiꝰ cãꝫ Auerroes ait ex eo ꝙ ſibi intelligentia agens copulata fuit in ſomno:cui ſpiritale q̃daꝫ ſemẽ derelinq̃t:quo aia ipſa ſtupet. Vltimo ex pte tp̃is rerũ quę eueniũt:nã cęlica ſomnia non niſi de futuris:quę nobis/vel amicis/vel pꝛĩc/vel oꝛbi calamitoſa,vel p̃ſpera vẽtura ſunt/cẽvident̃. Aĩalia ſomnia de his q̃ p̃terierũt:per accñs vero de futuris:q̃tenus nos ex deliberatiõe p̃ſeqmur. Nãlia vero ex rebꝰ ſunt:quę mõ inſtãt:nihilqꝫ vel futuri vel pꝛęteriti pꝛęſentientia. Hęc de p̃miſſis ad interpꝛętanda cęlica ſomnia. Cautela ꝯiectoꝛis.

Quę mathematici de interpꝛętandis ſomnijs dicant. Cap.XXIIII.

Mathematici arbitrantes motus eoꝛũ oium quę ſub motu celi continent̃/a cęli motu depẽdere(qð Ariˡᵉˢ in 8° phyſicę auſcultationis aſſerit:cum dicat pꝛimũ

in omni genere eſſe cauſam oīum eoꝝ:quę ſunt in illo genere:qđ etiā in metaphyſicis retulit)tradiderūt ſomnia ⁊ nālia/⁊ aīalia/⁊ quę cęlica appellamus:oīa e motibꝰ ſtellarum ꝓficiſci.Unde ⁊ Ariˡᵉˢ bonus naturę interpres in his libris quos de generatione inſcripſit/dixit oēs formas:q̄ hic agūtur/contineri in terminis.i.ſtellis:quę termini dicunt̄:quatenus termini ſunt corporearū machinaruꝫ:cum ꝗppe nulla ſit in hoc ſublunari mūdo forma:quę alicui cęlice ſtellarum cōfigurationi nō ꝯcordauerit.Hermes optimus rerū celeſtium obſeruator dixit nō eſſe granum arenarū in mari/qđ non ꝓprium obtinet ſignū ſuſcitans ad eius incremētuꝫ.Ariˡᵉˢ etiā tradit motu ſolis per.12.cęli ſigna fieri generationes corruptiōeſq̄3.Ptholemęus nō minus peripatheticus q̄3 mathematicus in eo libro quē de cētū enuᵗⁱˢ ſcribit enuᵗᵒ.50.inq̄t.ne ꝑtermittas cētum ⁊ decēnouē ꝯiunctiōes. In his eni poſita eſt cognitio eoꝝ quę fiūt/⁊ gn̄atiōis ⁊ corruptionis:igit̄ omnia ſomnia ⁊ nālia ⁊ aīalia/⁊ cęlica a ſtellis mitti nemo mathematicoꝝ dubitauit vnq̄3.Uerum hęc diūa eſt/ꝙ nālia ⁊ animalia mediate mittūt:aīalia quidem mediantibꝰ affectibus.Nālia ꝟo mediantibꝰ motionibꝰ:q̄ fiunt in ſpiritibus:at cęlica penitus a cęlo ſunt.Stellę enim cū aerē:qui nos ambit/alterāt:aere illo etiā ſic alterato mediante alteratiōes poteſtate ſimiles motibꝰ earuꝫ in nobis efficiunt.¶ Has alteratiōes aīalia ⁊ aues in vigilia ſentiūt: vnde videmus aues ꝑſentire tēpeſtates/bruta etiā:e quibꝰ ſigna tēpoꝝ docuit colligere Theophraſtus.Hoīes ꝟo in vigilia raro.Cauſa autē eſt/ꝙ aīalia illa dum vigilāt ſemꝑ reſpectu hoīum dormire vident̄:cū ſemper ſenſus eoꝝ ⁊ familiares ⁊ peregrini a motionibꝰ atq̄3 profundis curis vacent.Quare cuꝫ aer ſic a ſtellis alteratus illa aīalia alteret: mox ille alterationē cuꝫ ad ſenſoria deferant̄:ſenſationē facile in internis ſenſorijs ꝓducūt/eoꝝ:quę ſtellę portendūt. Hinc gallus ꝑdicit dieꝫ:ꝙ ⁊ diei excubitor dicit̄.Hinc cornix ꝑdicit pluuiam.duꝫ ſupra lapidē mane groccitat. Hinc noctula volat ad domū eiꝰ/qui moriturus eſt horrēdo atq̄3 ferali carmine hubans.Illuc eni eaꝫ moueri dicūt augures: quo ſtellę alterationem mortiferā mittunt.pręſentit eni futuram hoīs iacturam:quatenus motus cęleſtes ſentit.Hinc deniq̄3 verum aīalium impetus emerſerunt:q̄bus varia ꝑſagia diuinatores annotarūt:vt Cicero narrat.At hoīeꝫ:cū ſemꝑ multitudine curarū atq̄3 alterationū maioꝝ ſenſiliuꝫ pręmantur/diuertātur q̄3:tales cęleſtes mutatiōes:quas ad nos vehit aer:vix in ſomno ꝑſentire poſſunt.Tuꝫ eniꝫ ſilētio noctis/vacātiaq̄3 ſenſuuꝫ/ſenſibiliores admoduꝫ reddūtur.Quare mutatiōes illę cū ad ſenſoria defluxerint externa:illa pulſanti a magis q̄3 ſint ſentiri apta: in ſomniatrice phātaſticos ſenſus efficiunt:qui ſomnia ſunt/earum reruꝫ: quas ſtellę efficiūt:pręſagitura.Hinc patet cur hęc fortuita ſint:nam ratione ad virtutes ſomniantium habita/ fortuita ſunt:cū hęc ſupra illas euenerint:atq̄3 ꝑter intētioneꝫ fidēq̄3 eorum:qui ſomniant.Rōne ꝟo habita ad mutationes cęlicas:quę omnia certo fine agunt:nec ſunt fortuita/nec temeraria.Minus fortuita ſunt rōne habita ad motores:q̄ ſtellas certis finibꝰ mouetur.Minime autē ad deuꝫ relata:qui oīum rerum ipſe finis:fortuita eē poterunt.Hinc ꝑſpicuuꝫ eſt ſomnia cęlica non eſſe interꝑtanda/niſi pręcognoſcātur ſtellę/⁊ figurę ſtellarū/⁊ motus/⁊ ſigna quę tenēt/⁊ ſitꝰ atq̄3 ea oīa:q̄bus ſtellę aliter atq̄3 aliter occurrentibꝰ alios atq̄3 alios ſenſus ſomniales ad nos mittūt.Hęc mathematici.

¶ Quō tres ſunt mundi/de quibus Anaxagoras dixit q̄dlibet eſſe in quolibet.

TRiplicem eſſe munduꝫ figurat antiq̄tas/ vtpote aīalem/ęlemētarium/⁊ cęlicum:quoꝝ in quolibet eſt q̄dlibet/vt dic̄ Anaxagoras.Cęli:us mūdus eſt vniuerſum ex cęlis ⁊ ęlementis cōſtitutus/in quo ſunt quatuor ęlemēta/⁊ miſta/ ⁊ qđ ſupra omnia ęlemēta/⁊ animalia fertur:ſunt.12.ſigna: quinque ſtellę:q̄ planetę dicūtur:duo quoq̄3 lumina.Mūdus ꝟo animalis homo eſt:quem microcoſmon appellant. In hoc.12.ſunt ſigna.Caput quidem eius aries eſt.Collum ⁊ ceruix taurus.Brachia ⁊ humeri gemini.Pectus cancer. Latera ⁊ ſtomachus leo.Uenter virgo.Renes ⁊ vertebrę libra.Pudēda ſcorpius.ſagittarius coxę.Genua capricornus.Aquarius crura.Pedes piſces.In h̄ ſūt ſtellę q̄nque. Lien q̄dem eius ſaturnus eſt.Iecur iuppiter.Pulmo ⁊ fel mars.Renes lumbiq̄3 atq̄3 teſtes venus.Lingua atq̄3 ſpiritus mercurius.duo lumina ſunt:cor ſol. Cerebrum luna. ęlemēta etiā in homine ſunt:naꝫ cholera ignis eſt.Sanguis aer.Melāncholia terra.Flegma eius eſt aq̄.Elementarius mundus lꝫ ex quatuor ęlemētis conſtet:tamē ęlementoruꝫ mūdus in quo hęc ambo ſemper ſunt poteſtate:aer nos cōtinens eſt.In aere eni virtutes ſunt cęli oēs:quatenus omni hora aliter atq̄3 aliter a cęlo alteratur.Recipit enim omni hora oīum ſignorum/⁊ ſtellarum ⁊ luminuꝫ virtutes.omni etiam hora has virtutes mutuans a cęlo:alijs atq̄3 alijs tribuit.Nō enim eſt hora:in qua aliquod animal non generetur:⁊ cui virtutes:quas a cęlo aer mutuatus eſt:non imittat. Eſt igitur verum vt Anaxagoras dixit horuꝫ quodlibet eē in quolibet.Q̄dlibet enim cęli eſt in aere/⁊ in homine.q̄dlibet quod eſt in aere eſt/in cęlo eſt:⁊ in homine. q̄dlibet qđ in homine eſt:⁊ in cęlo ⁊ aere ſemper inuenitur.Hoꝝ vnus mundus eſt:qui ſemper mutatiōes ⁊ virtutes mutuatur:cęlicus quidem.alius qui ab hoc mutuās ſemper/alteri ſemꝑ mutuatur motus ⁊ virtutes/aer.ſ.Alius qui nulli alteri motus virtuteſq̄3 mutuans:ſemper ab aere virtutes mutationeſq̄3 mutuatur/homo eſt.Quare dum naſcitur homo virtutes alterationeſq̄3 ab aere eas mutuatur:quas aer tunc a cęlo mutuabatur.Dum vigilat etiam:ſemper virtutes motuſq̄3 ab eodem aere mutuatur:quos aer tūc a cęlo mutuatur.Quare duꝫ dormit virtutes ac motus mutuatur homo ab aere:quos ⁊ aer tunc a cęlico mundo mutuatur.Sꝫ hoc intereſt:nam dum vigilat homo/motibus maioribꝰ occupatus/motus ac virtutes quas ab aere mutuatur:non ſentit:tū dormit.vero ſilentio noctis/vacātiaq̄3 maiorum:illas mutuationes ſentit.Hinc varia ſomnia emerſerunt:ꝙ ſtellę et lumina humana/ſignaq̄3 etiam aliter atq̄3 aliter a mundo ęlementario motus ⁊ virtutes mutuantia:varios ſenſus ad ſenſoria mittant:⁊ quibus ſomniatrix vis varia phantaſtica ſomnia conficiet.Hęc ſunt quę naturales Phī in mathematicorum ſubſidium retulerunt.

¶ Quot requiruntur vt mathematicus per cognitionē ſtellarum ſomnia interprętetur:⁊ quis ſit optimus ſomnioruꝫ coniector ſm̄ eos. Cap̄.XXV.

ANteq̄3 ſomnia doctus mathematicus interprętetur/ requiritur primo vt obſeruauerit adamuſſim eius qui ſomniat:genituram/ nam ex illa cognoſcet an in vita ſomniaturus ſit aliq̄3do:⁊ ſi ſomniaturus vtrum facta ſomnia an vera videbit. Hęc enim non niſi a genitura edocuerunt doctiſſimi mathematici. Secūdo requiritur animaduertat perfectiones earum ſtellaruꝫ: quę dederunt ſomnia.Nam ſi ſomnians ex genitura habet vt ſomniet.Tum ſomniabit/cuꝫ chronocratrices ſtellę/quę ſomnia dederunt:profectę erunt ad loca:quę in genitura ſomnifera appellamus.Or ſi e genitura habuerit quiſpiaꝫ/vt vera ſomniet:accedētibus chronocratricibus ſtellis ad loca ſomnifera:tunc vera ſomniabit.at ſi contra habet quod falſa:tunc quoq̄3 ⁊ falſa ſomniabit.Tertio obſeruare debꝫ curioſus mathematicus tempus ſomnij/vtpote quo mittitur dormienti:nam ad illud tempus thema conficiat/ſtellas conſtituat:

Quar aialia ad celicas alteratiōes.

Ayuntamiento de Madrid

las conſtituat:vt regulę ſupputationum/edocent.quibꝰ dili/
genter admodum obſeruatis:hęc tria mutuo conferat:nam
in his videbis/ſi vera ſunt/ſomnia/⁊ quę portēdere.An ſint
naturalia/an animalia nihilqꝫ pręſagitura.¶ Ex his patet:
quis ſit aptiſſimus ſomniorum coniector.Eſt enim ille:qui
optime ſomniantium geniturās/⁊ ſtellarum ſomnioruꝫ ef/
fectriciuꝫ ad loca cęli ſomnifera chronocrationes/⁊ qui ad
verum tempus ſomnij thema collegerit/vt ſupputantium
regulę tradunt.Nec hęc ſufficiunt:ſed eſt etiaꝫ qui optime
ſtellarum vires affectiōes nouerit/quoties ſolę vel cū alijs
miſtę reperiantur.Hic enim ſm mathematicos eſt exquiſi
tiſſimus ſomniorum coniector.Quę quidem nec ſufficere
dicunt mathematici/propterea addunt coniectorem eē qui
a ſtellis vim interpretandi habet.Aliqui enim ſunt quoruꝫ
animę a deo ſenſibus immerſas/vt vix nihil vltra ſenſilia
apprehendant.Aliqui contra ex ſtellarum conſtitutione a
deo animas habent eleuatas vt facile ſit eis omnia exem/
plaria allegoriçare.Alij mediocres animas habentes/arte
indigent/vt recte completeqꝫ interpretentur. Unde de his
mediocribus loquens Ptholemęus in eius libri initio:qui
eſt centuꝫ enuᵗᵒꝝ/ait pronuntiationis non fieri a ſcientia ſo/
la/nec a te ideſt impetu cęlico dūtaxat/ſed a te ⁊ a ſcientia:
nam ſoli numine afflati prędicunt particularia. Quare ex/
quiſitiſſimus ſomniorum coniector is erit qui a ſe/⁊ a ſcien
Cōtra interrogationes. tia coniectat.Hęc mathematici.¶ Ex ijs modo conſtat/ꝙ
vane atqꝫ ſuperſtitioſe quidam per quęſtiones/quas inter/
rogationes dicunt:reſpondent ad ſomnia.Sunt enim eiuſ/
modi quęſtiones coniecturę debiles:quę inuentę ſunt: vbi
defuerint partiles hominum geniturę.Taꝫ et ſi nonnulli ꝑ
has multa particularia prędicant:potius forſitan ab eoruꝫ
impetu:ꝙ ab arte/moti.

Quę geniturę vera ſomnia dant:quęue vel non dant:vel
falſa. Cap.XXVI.

ETſi de geniturìs loqui ſit h̄ ma/
thematicorum
inſtitutum:tamen quędā breuibus attingemus:
vt interpretandis ſomnijs non deficiamus.Ge/
niturę igitur ſomniorum veroꝝ ſunt ſm Ptho
lemęum:aut cum mercurius ingenitura in altera domoruꝫ
ſaturni conſtitutus ac potens fuerit.Aut cum duo ſuperio/
res fuerint in ipā genitura in ſtatu medio:vtpote i cęli imo:
qđ cardo quartus eſt.atqꝫ ſtatiarij ſecūda in ſtatiōe veſper
tini.Aut cum duo inferiores etiam fuerint mediocris ſtatꝰ/
vtpote in diurnis geniturìs occidui vel veſꝑtini/in noctur/
nis vero orientales vel matutini.Stellę eniꝫ in geniturìs h̄
pacto conſtitutę/intellectum nato coniecturatiuum reddūt/
atqꝫ vera ſomniantem/⁊ de ſomnijs vera coniectanteꝫ.Iu/
niores mathematici ſcribunt in genitura nonuꝫ hoſpitium
eſſe ſomniorum/ꝑpterea aſſerunt vera ſomnia dare ſi ipm
hoſpitium aliquod mercurij bene ſe habentis ſignum be/
ne affectū/tenuerit.Uel ſi luna in eo fuerit reperta atqꝫ be/
ne collocata.aut ſi dominus.9.hoſpitij cui mercurio vel lu/
na bene configuratus fuerit.Or ſi nullū horꝝ erit:vel nō ſo/
mniabit natꝰ/vel ſemꝑ falſo.Hęc de geniturìs ſomniferis.

De chronocrationibus ſomniferis. Cap.XXVII.

CHronocrationes ſomnifere ſunt
anni in quibus
luna peruenit ad eas ſtellas:quę ſomnium de/
derunt:vel ad illud ſignum quod in ipſo nono
hoſpitio collocatur.Hoc autem ſcitur per tabu
las aſcenſionum rectarum/vel obliquarum/vel miſtarum/
dando gradui cuilibet aſcenſionum annum vel menſeꝫ.Do
cuit enim Ptholemęus ea quę ſunt animi/a luna eſſe chro/
nocranda.vnde chronocratrices ſtellę ſunt illę/ad quas cū
peruenerit luna ſomnia erunt.Loca etiam chronocratritia
ſunt ille gradus:qui fuit in cuſpite none domꝰ/atqꝫ illi quos
tenent chronocratores.Hęc pauca de ſomniferis chrono/
crationibus.

De regulis interpretandi. Cap.XXVIII.

CUm igitur per geniturã cognitū ſit
natum vera ſomnia eē vi/
ſurum:⁊ iam chronocrationes adſunt/ideſt iam
natus peruenit ad annos ſomniferos:quibꝰ ve/
ra ſomnia ex cęli ſtatu promittebantur:diligēs
coniector ad verum tempus ſomnij thema ſtellarum eri/
gat iuxta ſupputandi regulas traditam.Deinceps ſtellaꝫ ꝙ̄
ſomnium dedit diligenter colligat.Hęc auteꝫ eſt:quę nonū
hoſpitiuꝫ in themate tenet ab horoſcopo.at vbi in nono ab
horoſcopo loco nulla ſtella fuerit:quę in decimo eſt:ipſa eſt
ſomnij datrix.Or ſi nec in decimo nulla fuerit:illa ē:quę te/
net horoſcopum:quem ſi nulla tenuerit:quę tenet ſeptimuꝫ
locum:ipſa eſt queꝫ ſi adhuc nulla habet:quę tenet quartū
ipſa eſt.at ſi nec hunc aliqua tenuerit:ſomnium vanum eſt/
vel falſum:vel nihil ſomniauit:vel eius nō meminit.Inuē/
ta ſtella hunc in modum quę ſomnium pręhet:aſpice illā:
quę ſi fuerit ſaturnus:vidit reꝫ terribilē.at tunc quęre cuiꝰ
loci.12.in themate collocatorum ſit dña:nam terribile qđ
vidit ad eaꝫ attinebit domum:cuius ſaturnus ipſe eſt dñs.
Verbi cauſa:vbi ſaturnus ſit dñs ſit loci.12.ab horoſcopo:qđ
vidit:fuit inimicus:vel aliquod eorū:quę ad eum locū ſpe/
ctant:eodeꝫ pacto de cęteris domicilijs enūtiato.vbi vero ſo/
mnioruꝫ dñatrix ſtella fuerit iuppiter:tunc ſomniū fuit iu/
cunduꝫ/placiduꝫ/vtpote cuꝫ regibus vel magiſtratibꝰ ⁊ cę/
teris id genꝰ.At ſi mars:qđ vidit:eſt de ijs quę tenet mars.
Et in cęteris ſtellis ſemꝑ ideꝫ facito.nam id qđ vidit ſem/
per eſt eorū:quę ſtella tenet.Potes etiā reſpicere ad domi/
ciliuꝫ:cuius ſtella eſt dña:nā ēt viſuꝫ ad eū attinebit locuꝫ.
Obſeruādum eſt etiā ſignū qđ ſomniatrix ſtella tenet.vbi
nāqꝫ ſit fęmininuꝫ:vidit in ſomnijs ſublimeꝫ locum/aut ru
pem eleuataꝫ/aut vidit ſe ex ſublimi demitti/aut ſui eleua/
tioneꝫ/aut ventū procelloſuꝫ.At ſi ſtella ſomniatrix ſit ma/
lefica/ſiquidem in terraceo ipſo ſigno ſit collocata: vidit ſe
quaſi delapidatū/aut obſeſſuꝫ/aut in foueā demiſſuꝫ/aut in
locum tenebroſum anguſtioſumqꝫ deductū:cuius ꝗ̄rit exi/
tum:aut aliquid tale.Sinautē ſtella tenet igneum ſignū:ſe
vidit appenſuꝫ vel ſuſpenſuꝫ/aut cōbuſtioneꝫ alicuius/ aut
flāmam/aut ignē/aut caligineꝫ.at ſi aqueuꝫ tenuerit ſe ſub/
mergi videbit/aut diluuiuꝫ/aut pluuias/aut fluuiū/aut ma
re/aut periclitationē/aut aliqđ id genus.de ſomni ſpecie ſic
pręſagito/de ſomnij veritate vel falſitate/hoc eſt ſi timoro/
ſum quod vidiſti/vel iucundum/eueniet.Sic quęrito:vt ꝗ̄/
ras ſomniatricem ſtellam/⁊ dñm horoſcopi/quonam mō
inter ſe ⁊ ad cęteras ſtellas ſe habuerint:vbi nāqꝫ ſomnia/
trix ipſa ſtella ⁊ dominus horoſcopi configurātur vel con/
iunguntur:vel alter eorum ſaltem cum venefica cōmiſtum
ſit:damnum quod ſomnium demōſtrabat:non expectatur.
at ſi eorum alter cum malefica cōmiſtus fuerit:tunc dānuꝫ
prouiſum eueniet:eritqꝫ eorum:quę ſpectant ad eaꝫ domū:
cuius dominus eſt planeta qui eſt coniunctus vel coniun/
ctionem petit.Uerbi cauſa vbi ſtella petens coniunctionē/
domina ſit ſecundi ab horoſcopi loci, prouiſum damnum
erit in facultatibus.Si ſeptimi loci domina ſit:damnū erit
in mulieribus vxoreqꝫ.at ſi quinti loci domina ſit: damnuꝫ
erit in filijs:⁊ de cęteris domibus eadeꝫ ratione.Eodeꝫ mō
ſi prouiſum fuit vtile atqꝫ iucundum:aſpice vt proprius ſi
dñatrix ſtella ⁊ horoſcocrator ꝯiūgant:nā vbi nō ꝯiugūt/
vł nec bñficę alter ꝯfigurabit/illđ iucūdū nihil erit:vbi vero
alter bñficę ꝯfigurabit/vł ꝯiuget:iucūdū illđ aliqđ eorum
erit:qđ ad eiꝰ domiciliū attinet/cuiꝰ ſtella ꝯiūctiōem potens
hoſpitatrix ſit.h̄ igit̃ pacto ꝯiector ſomnioꝝ ſꝫ mathema/

ticos ſomnia interꝑtatur. Multa alia q̃ mathematici ſcribũt de iterꝑtatiõe/ꝑtermiſi:q̃ cũ ſit ſupra nālē ꝯſideratõez bona fronte reticui. Juniores.n.diligenter admodũ de his ſcripſerũt. Hęc.n.pauca diximꝰ/vt exẽpla ſint ys:q̃ diſcũt.

**De vera determinatione. Cap.vltimum.**

**Omnia** ẽm ſacros viros/aut ſũt naturalia/aut animalia/aut dęmonica/aut diuina/aut ſimul dęmonica ꝛ aīalia.demuz alia quę pariter aīalia ꝛ diuina ſunt hoc eſt:quę cogitatione ſimul ꝛ reuelatione cõmixta ſũt:vt ſuperiore libro diximus:quę nālia ſunt:quatenus ad artez medicinalem faciunt/vana nõ ſunt:quę vͦo ab affectu:quatenus per ipſa indicanṫ naturales mores:nec vana ſũt:ꝛ de his phyſicus diſſerit. Diuina ſunt dei reuelationez:quorum ſanctiſſimi viri interꝑtationem vident. dęmonica cum ſint luſionem:oīno vana ꝛ friuola eſſe tenemus. Vñ Thomas Tho.2ª 2ͤ.q.95. art.6. noſter inq̄t. Siq̄s ſomnyꝭ vtatur ad futura ꝑcognoſcẽduz/ vt ex reuelatione ꝓficiſcũtur diuina/vel naturali cauſa ſiue familiari/ſiue peregrina:interꝑtandi facultas non erit ꝓhibita. At ſi eiuſmodi artificioſa diuiatio ex dęmonicis exoriatur luſionibus:cũ quibus:pacta habeanṫ expꝛſſa:vtpote ſi ad hęc inuocẽtur:cum hęc diuinatio ſeſe diffundat:ad id: ad quod nequaq̄ꝫ extendi debet. Vana eſt atq̄ꝫ ſuperſtitioſa/ꝛ iure prohibita. Juxta quã rationem legiṫ in eo libͦ quẽ Deutero. cap.18. Deuteronomion inſcripſit Moſes:non inueniatur in te:q̄ obſeruet ſomnia. Et de diuinatione artificioſa hactenus.

## Eiuſdem Liber Quintus/qui eſt de prophetia.

**De ꝓphetię/ꝓphetęq̄ꝫ deſcriptione. Cap.I.**

**Propheta** apȏ diuerſos diuerſis rationibus iterꝑtatur. Nõnulli ꝓphetã dicũt quaſi procul vidẽtez/ꝓſpicientẽq̄ꝫ:vt etiaz apud ſacros viros legitur. Philoſophi/vt Cicero ꝛ Alexander ꝓphetas nonnũq̄ꝫ vates:quatenus vi mentis excellunt:appellarũt. Gręci prophetas q̄ſi phanoruz antiſtites/oraculorũq̄z interꝑtes ἀπὸ τοῦ προφαίνειν/qȏ oſtendere eſt:ꝓphetas appellant. Hinc hypophetę vaticinandi miniſtri:quibus.ſ.ꝓphetę imperabãt/dicebantur:ꝛ phanatici inſani dicunṫ ꝙ ſacerdotes cũ reſpõſa dabant:furore pleni inſanire videbanṫ. Apud nõnullas gentes ſapientiores eoruz prophetę dicebanṫ:vt apud egyptios:veluti apud gallos druydes/apud gręcos ꝑhi/apud indos gymnoſophiſtę/ꝛ apud alios aliter. Nos vͦo ꝓphetã/quem ꝛ numine afflatuz dicimus:eum eẽ ſumamus:cuiꝰ ſũt tres partes.vz.futuroꝝ contingentium cognitio:eoꝝ prędictio:atq̄z miraculoꝝ oſtenſio. vnde is ꝓpheta eſt:qui futura cognoſcit:ꝛ cognita ꝑdicit:ꝛ ꝑdicta miraculis cõfirmat/atq̄z ꝓbat. A propheta prophetia deſcendit:quę proprie/vt Caſſiodorus inquit:eſt diuina pręſagatio euentuum rerum/immobili veritate firmata. De hac (cum etiam ꝑhi diſputent) quędam colligere inſtituimus/potiſſimum aduerſus peripatheticos:qui prophetiam ad naturales cauſas reduxerunt:non tamen a me expectes omnia:quę ſacri viri/vel ꝑhi de prophetia ſcripſerunt. Nam hoc noſtrum inſtitutum breue eſt.

**Tria ad prophetiam attinere per ordinem/rerum euentuum cognitionem:cognitorum prędictionem:ꝑdictoruz ꝑ miracula quę facit/confirmationem. Cap.II.**

**Cum propheta** tã ẽm gentes/q̃ ẽm ꝑhos/ꝛ ſacros viros eo ſit dictus/quod procul cognoſcat:ea quę remota ſunt ab hominum captu:iure ad ꝓphetię rationem cognitio primo attinere videtur.



At cum hęc futurorum cognitio:quę ſupra captum humanum eſt:nobis ſit neceſſaria atq̄z ad inſtitutum noſtrũ:quo bene viuamus:ꝛ poſt mortem ad beatitudinem perueniamus:iure pręnuntietur nobis neceſſe eſt:at cum hęc quę ꝑdicuntur:ſupra noſtrum ſint captum facultatẽq̄ꝫ intelligendi:nec humana ratione confirmari poſſint: quaz excellunt: rationi conſentaneum eſt/vt propheta:qui hęc dicit/pręnũtiatq̄ꝫ:miraculorum claritate/confirmet. Quare tres erunt prophetię ratiões.vz.cognitio:qua propheta futura cognoſcat. locutio:qua quę cognouit/prędicat atq̄ꝫ ꝓnuntiet.ꝛ miraculorum potentia:qua propheta ea quę prędixit: ratione confirmet:atq̄ꝫ probet.

**Prophetam eſſe:cuius mens eleuatur ad diuina:ꝛ cuiꝰ eleuata deo diuiniſq̄ꝫ copulatur. Cap.III.**

**Cum dictum** ſit prophetam eum eẽ: qui cognoſcit quę ſupra captuz noſtruz ſunt:ꝛ hęc non ſunt/niſi dei archana tectaq̄ꝫ:mentem prophetę eleuari neceſſe eſt:vt hęc diuina/tectaq̄ꝫ cognoſcat. At quia cognoſcens nunq̄ꝫ cognoſcit niſi aliqua ratione cognoſcibili vł ei per quod cognoſcit/copuletur:neceſſe eſt vt mens prophetę cum eleuata fuerit/aliqua ratione diuinę menti copuletur. Hęc ſacri etiam tradunt aſſerentes propheticam mentem inſpiratione eleuari:reuelatione vͦo deo copulari:hoc nos appellamus more Platonis numinis afflationem:non poteſt igitur propheta hęc quę ſupra captuz noſtrum ſunt:prędicere niſi eleuetur eius mens:ꝛ eleuata numine affletur. Erunt igitur eleuatio mentis/eiuſdemq̄ꝫ afflatio pręuię,vt ita dixerim/affectiones ad cognoſcendum: quę ſupra captum noſtrum ſunt.

**Prophetiam nec eſſe potẽtiam/nec habitũ/nec paſſionẽ/ſed ad paſſionez attinere potius. Cap.IIII.**

**Prophetia** vt dictum eſt eoꝝ cognitio eſt:quę fidem cognitionẽq̄z noſtraz excellũt:quare potẽtia eſſe non põt naturalis:ſic eni hęc cognitio non eẽt noſtrũ ſupra captum. Habitus quoq̄ꝫ eſt quo q̄s agat cuz voluerit:vt Auerroes ait in commentaryꝭ libri de anima: ſed 3ͦ de aīa com.18. propheta non ſemper eum voluerit prophetia fingi poteſt: vt obſeruatio docet:ꝛ ſacri etiam probant: igitur nec habitus eſſe poterit. Sed cum tria ſint in anima, potẽtia, paſſio, ꝛ habitus, vt in ethicis ſcribit Ariſtoteles: ſi prophetia non eſt naturalis vis/nec habitus:relinquetur eẽ paſſionez/ ea ratione qua Ariſtoteles ipſum intelligere eſſe quoddam pati aſſeruit in libris de aīa. Naz quẽadmodum in nāli cognitione aīus ab intelligibili patiṫ:ita in ip̄a ꝓphetica viſione mens ꝓphetica pati videṫ ab ipſius dei numine:quo afflatur. Quẽadmoduz igitur aer raptiz lumine ſolis illuſtratur:nec ꝑmanenter habitualiterq̄z illuminaṫ:ita mens prophetica raptim numine afflatur, nec habitualiter, nec permanenter:ſed fluxibiliter (vt ita loquar) afflationem patitur. Quare prophetia potius paſſio/q̄ꝫ potentia vel habitus eſt cenſenda.

**Ceſſante numinis afflatione prophetam non eſſe aduerſus Philoſophos. Cap.V.**

**Peripathetici** prophetã eſſe a nā tradiderũt/vt poſteriꝰ diſſeremus:qȏ falſuz eẽ ꝓbabimus/cũ ꝓphetia ea ſit:quę ſupra captũ noſtrũ excellit quę cũ nõ ſit potẽtia nālis:nec habitus/ſed paſſio trãſitoria: iure ceſſante afflatione numinis qua actu deo copulaṫ:propheta nõ erit cenſendus:niſi habiliter/ea ratione qua lignũ ſemel accẽſuz/habilis inflãmationis relīq̄tur. Forſitan eni mens prophetica prima numinis afflatione ad ſecundam habilior redditur.

Ayuntamiento de Madrid

¶ Quorum eſt prophetia. Cap. VI.

PRophetia vt dictū eſt/cognitio eſt occultoꝝ/at occulta trifariam ſunt:quedã ſunt ſupra ſenſus ⁊ intellectum aliquoꝝ hoīum:nõ autẽ oīum:ꝗdam ſupra ſenſus ⁊ intellectū oīum hoīum:non ꝗdem ſua eoꝝ natura:ſed ībecillitate noſtra:ꝗdã vero ⁊ imbecillitate nr̃a: ⁊ eoꝝ nã ſunt ſupra noſtrū intellectū ⁊ ſenſus. Occulta aliquibus hoīb⁹ ſunt/vel que corde tenētur/vel que ꝓcul agūtur. Hec eñi nobis qui Sueſſe ſumus:occulta ſunt:que nūc Rome agunt̃:nõ autẽ hoībus oībus:ꝗa ijs qui Rome ſūt: occulta non hñtur. Occulta vero oībus hoībus/⁊ ſenſibus et intellectibus oīum ſunt diuina:que deo ⁊ intelligētijs competūt. Hec cū occulta ſint nobis ob noſtrã imbecillitatē: ſuis naturis ſunt intellectiõis idonea:at ea que tū nr̃a/tum eoꝝ natura cognitū noſtrū oēm excellunt:ſunt futura cõtingentia:quoꝝ (vt Ariles inꝗt) determinata non eſt veritas. Prophetia igit̃ cognitio eſt hoꝝ oīū:propheta eñi nõnūꝗ̃ que ꝓcul agunt̃:p̃dicit:vt de Helyſeo legit̃ in ſacris hyſtorijs:qui que ꝓcul diſcipulus fecerat:ꝓphetice nouit. Interdum diuinoꝝ que vltra oīum captū ſunt:p̃nuntiat:vt in ſacris hyſtorijs cõplures fuiſſe legit̃:qui diuinoꝝ archana p̃loquebant̃. Nõnūꝗ̃ ꝓpheta ea que futura fieri ꝯtingūt/p̃ſagit/p̃loquiturq̃:⁊ ab hac potiſſimū cognitione ꝓpheta dictus eſt. Vñ ⁊ Ptholemeus in cētū enu[tor] libro inꝗt ſoli numine afflati p̃dicunt ꝑticularia. Q̄d vero hec tria rerū genera noſcant ꝓphete:argumēto nobis eſt/ꝙ ꝓphete numine ſunt afflati. Quare eouſq̃ ꝓphetica viſio ſe extendet:quouſq̃ numen fundit̃ diuinū. Numen aūt ad hec tria ſe fundere/nemo dubitauit. Jure igit̃ ⁊ ꝓphetia circa h̃ tria verſabitur. Et ſi circa hec ꝓphetia verſet̃:ꝓpheta etiã ad p̃terita, ⁊ ad p̃ſentia, ⁊ ad futura iterdū ꝓſpiciet. Ad p̃terita ꝗdem ac p̃ſentia/quatenus nõ ſunt ſupra captū oīum hoīū. Ad futura vero:nam lʒ ſint ſupra noſtrū captū:ſupra numē īp̄m/quo propheta afflatus eſt:non ſunt.

¶ Prophetã non omnia cognoſcere que prophetice facultati ſunt poſſibilia. Cap. VII.

PRopheta eouſq̃ cognoſcit:quouſq̃ numine afflatur. at nullus põt omni numine/omniq̃ poteſtate numinis afflari:cū omne numē infinitū ſit:⁊ mens ꝓphetica finita:quare nõ oīa que ꝓphetica vis cognoſcere põt:ꝗlʒ ꝓpheta cog̊ſcit:ſʒ eouſq̃ ꝗ̃ numine afflat̃: ali⁹ ꝗdē mag̃ ꝗ̃ magis ipſo numīe afflat̃:ali⁹ min⁹:ꝗ̃ minus: nec ea ꝗ̃ cognoſcit:ſemꝑ cog̊ſcit:niſi dū numine ꝑticipare dr̃.

¶ Septem modis ꝓphetã numine ꝑticipare. Cap. VIII.

IN ſacris hyſtorijs/ſeptē modis ꝓphetã numine ꝑticipare legimus. aut attonitione/ꝗ̃ etiã extaſis dr̃:quaten⁹ mētis exceſſus eſt. aut viſione, que vel oculis:vl̃ ſenſib⁹ familiarib⁹/vel mente fit. aut ſomnijs. aut ſignis:vtpote nube vel aliquo id genus. aut voce e celo demiſſa. aut accepta parabula ab aīalib⁹/vel alijs rudib⁹. aut deniq̃ diuinitatis plenitudine:q̄d proprijſſime numine afflari dicit̃:propheta quoq̃ numinū afflatur.

¶ Alienationem mentis:qua aliquando preſagiendo ꝓpheta afficitur:non eſſe furorem. Cap. IX.

NVmine afflatur ꝓpheta (vt dcm̃ eſt) attonitione ⁊ viſiõe:ꝗ̃ fit familiaribus iterioribuſq̃ ſenſib⁹/⁊ mēte. Verū hoc bifariã fit. aut nihil ꝑ ꝑegrinos ſenſus ſentiendo. aut in ꝑte quedã ſentiēdo:ſed ſenſib⁹ aliquãtulum remiſſis. Primo ꝗdē mõ p̃ſagiendo alienatiõe ꝓpheta afficit̃:nõ quatenus nã eius inordinatione ⁊ indiſpõne alterat̃:ceu in furentib⁹ fit:ſed ꝗ̃tenus ſomno vel ꝯtēplatiõe vehemēti alienat̃:q̄d quidē cū nature ordine emergit. At ſi viſione interiore afflat̃/nõ omni ex ꝑte exteriorib⁹ ſenſib⁹ vacãtib⁹:p̃ſapit iterdū ꝓpheta:nõ affect⁹ alienatiõe. Quib⁹ pʒ ꝓpheticã alienatõeʒ ñ eē furorē:vt pl̃onici ⁊ ꝑipathetici ſcribūt:ſʒ poti⁹ ſenſuū extioꝝ vacãtiã/vl̃ iminēte ſomno/vl̃ maiori ꝯtēplatõe cogēte:atq̃ diſtrahēte:vt ſacri viri tradūt.

¶ Bifariam eſſe prophetã numinis afflatione:⁊ numinis participatione. Cap. X.

PRopheta nõ dicit̃ ꝓpheta/vt dcm̃ eſt/ niſi numine ꝑticipet. Põt autē bifariã numine ꝑticipare:afflatione/qua diſcipulus afflat̃ a doctore. (Hoc ſacri viri reuelare dicunt:latini/vt Cicero ⁊ Plato afflari) ⁊ participatiõe:vtpote per quendã inſtinctū:quē interdum ignare mētes hoīū patiunt̃. Hoc eñi diuino inſtinctu:mouet̃ interdū ꝓpheta ad p̃ſagiēdum/aut hoc pacto/vt nõ diſcernat/an ꝗ̃ cogitauerit, diuino inſtinctu attingat/an ꝓprijs ſpiritib⁹ amplectat̃. Aut mouet̃ diſcernens inter hec. Sed cum numine afflatus mouet̃:ꝗ̃ dicit cognoſcit ſe afflatione dicere quib⁹ ꝑſpicuū eſt inſtinctū:quo ꝓphete nõnūꝗ̃ p̃ſagiūt:non eſſe furorē/vt Cicero ⁊ Plato arbitrati ſunt:ſed diuinã quãdã affectionē e deo ipſo ꝓphete immediate imiſſaʒ:qua põt quedã p̃ſagire. 2° perſpicuū eſt non ſemꝑ ꝓphetã cog̊ſcē diſticte ꝗ̃ p̃dicit:qm̃ ꝗ̃ iſtictu diuio p̃dicit:non cog̊ſcit ſemꝑ/ſi ꝓprijs ſpiritib⁹/vl̃ diuino iſtictu cogitauit. Que aūt p̃ſagit afflatiõe numīs:ſemꝑ cog̊ſcit ea nõ ꝓprijs ſpiritibus:ſed ac ſi ꝑ diuinã numinis afflationē cogitaſſet.

¶ De poſitione Phõrum circa prophetã/prophetiãq̃ generatim. Cap. XI.

OMnes Peripathetici/oēs Platonici/oēs mathematici:qui nãlibus rõnib⁹ dūtaxat ſtuduerunt/prophetã eſſe nãlem arbitrati ſunt:nec intelligūt ipſū eē nãleʒ/q̄d ad eius eē nõ concurrat dei actio. Nulle eñi cauſe naturales agunt ſine vi actioneq̃ cauſe prime. Quare ꝑ ꝓphetam eē nãleʒ/intelligūt īp̄m non eē a deo imediate. quo fit vt nec ꝓphetia ſit niſi nãlis, veluti ⁊ artes ⁊ ſcientie ſunt nãles/quatenus principijs nãlib⁹ ꝯſtitute. Unde queãdmodum ex puris nãlib⁹ circūſcripta imediata actione dei, hõ põt ꝑuenire ad oīū eorum que p̃ſentia ſunt ſciam vel ſapientiã:ita ex puris nãlibus põt ꝑ cognitionē cãrū/⁊ ſignoꝝ peruenire ad futuroꝝ ꝯtingētiū notitiã:que ꝓphetia dicit̃. Hec Phĩ nãles generatim de ꝓpheta:atq̃ prophetia. Que vero ſpeciatim ⁊ ꝑ partes ſentiant:ſubſcribamus.

¶ Que Ariſtoteles de prophetia/prophetaq̃.

VT dicemus: ꝓpheta duplex eſt:iſtinctu ꝗdem:qui ſine ſcientia rerū futurarū futura p̃ſentit:⁊ ſcia:ꝗ ex ſciētia:qua futura cognoſcit, vel ꝑ cauſas, vel indicia:illa p̃loquit̃. Primã diſpõneʒ Ariles in lib° de diuinatione tribuit humori melãcholico/vel morbo. Nã melancholicorum natura eſt multiloquax: vt inter multa que loquitur/aliquid veri predicat. Fatui vero inſtar ſunt brutorum: que cum curis vacent: facilius celeſtes motus preſentiunt:⁊ in libro ꝓblematum particula 30ma. cap. 30. idē ſentit:⁊ in libro etiã de aīalibus idem. Scdam diſpõnē tribuit arti atq̃ inuentioni:ꝙ hõ effici poteſt prudens/⁊ ſapiens. Prudēs quideʒ ex humanis:que in vita obſeruauit actionib⁹. Sapiēs vero ex celeſtibus/ꝗ̃s inuenit cauſis. Hinc duplici facultate arteq̃ futura cognoſcit/p̃dicitq̃. Per inſtinctū dicunt peripathetici Caſſandre fuiſſe vaticinium: multarūq̃ mulierū, ⁊ viroꝝ/quoꝝ grece ⁊ romane hyſtorie meminerūt. Per prudentiã Solon Athenieēſibus multa p̃dixit:ceteri quoq̃ viri:qui humanos euentus obſeruarunt. At per ſapiētiã/multi ſunt:qui futura p̃nuntiarunt:vt

Thales olearũ vbertatem anteq̃ⷽ florere cępiſſent. Anaximãder phyſicus lacedemonÿs vrbis ruinã ꝑ terremotuꝫ. Pherecides quoqꝫ cũ vidiſſet aquã hauſtam de iugi puteo terremotus dixit inſtare. Anaxagoras ꝟo lapideꝫ e ſole caſurũ: ꝛ alÿ inumeri: quoꝝ alÿ inſtictu, alÿ prudentia, ſapiẽtia alÿ ꝓphetę habiti fuerunt. Hęc ſunt quę Ariſtoteles ſentit: cuius opinionem Themiſtius/ Alexander/ Ammonius/ ꝛ Simplicius ſectantur.

¶ Quę Plato de prophetis.

Plato etiã ideꝫ ſentiens aliter loquit̃, nam ꝓphetiã quę inſtinctu fit, aliquãdo tribuit furori: aliquãdo aię diſpoſitiõi: qua ipſa creata eſt. Prophetiaꝫ quę tribuit furori geminaꝫ facit/ quatenus duę ſunt furoris ſpẽs. Una q̃dem eſt ab humanis morbis. Altera ex alienatione diuina: qua extra ꝯſuetaꝫ vitę inſtõneꝫ q̃s rapit̃: cuius q̃tuor ꝑtes facit/ vaticinium/ myſteria/ poeticas/ venereum cupidineũq̃ⷽ influxũ. Harũ formarũ ꝑ̃ſides fecit Apollineꝫ/ Dionyſiũ/ Muſas/ venerẽ cuꝫ filio. Sic igit̃ Plato duplice ꝓphetiaꝫ aſſerit/ alterã impetuariã: quã inſtinctui, vel furori dedit. Alteram artificioſam: qua quis futura cognoſcit ſapientia: vel prudentia.

¶ Quę Auerroes de propheta/ prophetiaq̃ⷽ ipſa.

Auerroes ꝟo in his paraphraſibus: q̃s ſcribit de ſomno aſſerit ſomnia: diuinationẽ: viſionẽ: ꝛ ꝓphetiã nãles eẽ mor⁹: nec differre niſi ꝫ̃m magis ꝛ minus: quatenus ſomnium phãtaſtica apparitio eſt in ſimpl'r dormiente. Diuinatio ꝟo eſt cognitio occultoꝝ per illa ſimulachra ſomnioꝝ apparẽs. Prophetia eſt appꝛ̃henſio futuroꝝ per ſomnia ꝓprÿs imaginib⁹ apparẽtiũ. Uiſio deniq̃ⷽ eſt omne illud q̃ꝺ alicui in vigilia apparet ſenſibus peregrinis intrinſecus reuocatis. Hęc Auerroes.

¶ Quę mathematici ꝛ Auicẽna de prophetis.

Ut diximus ꝓphetiã duplicẽ eſſe teſtant̃ phi/ impetuariaꝫ/ ꝛ artificioſaꝫ. Impetuaria quidem ꝓphetia ea eſt: qua q̃s futura ꝑ̃ſentit nulla ꝑ̃cedẽte futurorũ cognitione: ſed ſolo ĩpetu vel inſtictu naturę. Artificioſa ꝟo eſt ſapiẽtia vel prudẽtia: q̃bus ſapientes vel prudẽtes futura ꝑ̃uident ex obſeruatione ꝑ̃teritoꝝ: ſicͭ dux, gubernator, ꝛ medicus ex obſeruatiõe futura ꝑ̃dicunt. Mathematici ex ſcia ſtellarũ. ¶ Eſt adhuc ꝓphetia tertia ꝫ̃m mathematicos: cuius ſunt tres ꝑtes: vt dictuꝫ eſt/ vtpote futura cognoſcere: ꝛ cognita ꝑ̃dicere: ꝛ ꝑ̃dicta miraculis ꝓbare. Hic eni qui ÿs trib⁹ partibus ꝯſtat: ſimpl'r ꝓpheta ẽ. Arbitrant̃ igit̃ mathematici oẽm ꝓphetiaꝫ quouis mõ ſit: ex ſtellis ꝓficiſci: quę ex ĩpetu exorit̃: ex ſtellis venire aſſerũt, quę ex arte/ ꝓ tanto ex ſtellis venit: ꝓ quãto ſtellę in generatiõe formas afficiũt humanas/ ea rõne: vt aię ad cognitionẽ veri aptę/ plus aſſequant̃/ q̃ⷽ qui ſupⁱmum ĩmoduꝫ ſe in ſcia exercuit/ vt dicit Ptholemę⁹. Albumaſar in eo libro quẽ de magnis cognitionib⁹ ſcripſit: aſſerit ꝯiunctionem ſaturni ꝛ iouis ꝓphetas efficere/ quoties vel in capite arietis accidit ſingulis octicẽtenis annis: vel cũ mutat̃ in triãgularitatem ſingulis ducẽtenis. Mouet̃ aũt argumento ꝙ nullus vnq̃ⷽ ꝓpheta fuit: quin eum ꝑ̃ceſſiſſe aliquã harũ ꝯiunctionẽ legerit. Ptholemęus in 3° apoteleſmatuꝫ inq̃t. Cum mercurius fęliciter affectus hoſpitator fuerit ei⁹ ſigni: q̃ꝺ ſol in genitura alicuius tenuerit: natus ille erit ꝓpheta. Almanſor mathematicus ait ꝓphetã eẽ in cuius genitura iuppiter venus ꝛ ſol in eodẽ ſigno fuerint ꝑ̃tiliter ꝯiuncti. Auicenna in. 10. ſuę metaphyſicę/ ꝛ in 6° nãlium mathematicorum ſectat̃ opinionẽ. Uult eni cũ ꝑ̃ceſſit iouis ꝛ ſaturni ꝯiunctio/ ꝛ genitura fuerit optime affecta: ita vt vi cęli ꝛ vi elntoꝛuꝫ ſit cõplexio tẽperata: ꝛ in regione tẽperata: quę ꝓphetaruꝫ eſt clima. Tũc qui naſcit̃ ꝓpheta eſt: mouebitq̃ⷽ vniuerſaꝫ naturã nutu/ naꝫ hoĩs huius aĩa põt dupl'r conſiderari vt hoĩs forma: ꝛ hoc pacto eius imaginationi nihil obedit niſi eius corpus. Alio mõ/ vt imago eius ĩtelligentię: q̃ ſphęrę iouię ꝑ̃eſt: ꝛ hac rõne ſibi obedit vniuerſa nã: q̃ motori illi⁹ ſphęrę obedit. Cũ eni hęc aĩa ſit illius imago/ mouere põt oẽ illud: q̃ꝺ aptũ eſt motori iouis obedire. Hic ꝓpheta itaq̃ⷽ ꝫ̃m Auicẽnã futura cognoſcit in particulari: ꝛ ea in particulari certe ꝑ̃dicit: ꝛ ꝑ̃dicta per virtuteꝫ motoris: cuius eſt imago: miraculis ꝓbat cõfirmatq̃ⷽ. Põt eniꝫ hac ratione inducere morbos, ſanare lãguores, mutare mõtes, cęteraqꝫ miracula facere, vt quę ꝑ̃dicit, cõfirmet. Oĩa tñ virtute eius motoris: cuius ipſa eſt imago: facere videt̃: nec tñ ignoretis veliꝫ medicos nõnullos ꝓphetaꝫ eẽ dicentes euꝫ: cuius cõpl'o eſt ęqualis ad pondus: nã hic in omni elnto dñabitur ꝛ ſuꝑ oẽ elementum commeare poterit: ꝛ eo pręcipue. ſi in climate naſcitur temperato.

¶ Rationes pro poſitione Auicẽnę.

Poſitionem hãc Auicẽna in. 9. ſuę metaphyſicę ꝑ̃ſuadet ꝙ ſi finis eſt nãlis: oĩa in finẽ erũt nãlia. Sꝫ hoĩuꝫ viuere/ ꝛ beneuiuere eſt nãle: igit̃ ꝛ media at vnũ medioꝝ eſt ꝓpheta. Mediante eni ꝓpheta leges q̃b⁹ viuimus ponunt̃/ ꝛ ꝯſeruant̃. Igit̃ ſi hoĩuꝫ regimẽ eſt nãle: ꝛ ꝓphetę: q̃b⁹ hominuꝫ regimẽ ſtabilit̃: erũt nãles. Hęc Auicẽna eãdẽ põneꝫ ꝯfirmãt q̃daꝫ/ ex eo ꝙ nõ eſt potẽtior forma nãlis quoties eſt cęleſti virtute dotata/ ip̃a aĩa humana ẽt cęleſti virtute affecta: ſed aliq̃ formę nãles cęleſti virtute dotatę ꝓñt mutare mãꝫ nõ mõ ꝓpriã/ ſed alienã vt virtutes lapidũ: nã forma hyacinti virtute cęleſti dotata ꝯſeruat ſanitatẽ cordis: ꝛ eius morbuꝫ expellit: ſmaragdus quoqꝫ liq̃facit oculos ſerpẽtis. Cęteri etiaꝫ q̃ⷽmulti: igit̃ aĩa humana cũ ſui nã ſit oĩ nãli forma excellẽtior: quãdo eſt cęleſti virtute dotata/ multo pollẽtior erit formis nãlib⁹. Poterit igitur oẽm mãm ſubiectã eius motori/ cui⁹ eſt imago: mutare. Pręterea pollentior eſt aĩa quę eſt iouis imago/ ea aĩa quę fortiter aliq̃d imaginat̃: ſed aĩa fortiter imaginans põt ꝓpriã/ ꝛ alienã mãꝫ mutare: vt facit aĩa ꝑ̃cantãtis fortiter imaginãs: quę ſanat morbos/ ꝛ ĩducit: vt Petrus apponenſis declarat multis obſeruationibus: igit̃ aĩa quę eſt iouis imago/ virtute eius: cuius eſt imago: multo plura agere poterit nutu. Hęc ſunt quę pro hac parte faciunt.

¶ Confutatio huius poſitionis.

Sed contra hãc põnem aſſurgamus/ ꝛ ꝑ̃ ex ꝑte cognitiõis: nam vt dicebamus ꝓpheta eſt: q̃ futura ꝯtingẽtia ineuitabili veritate cognoſcit/ ſecreta reuelat/ vt, hominũ volũtates/ q̃ archano ſũt recõditę. Ex h̃ argumẽtor. Nullus poterit certi⁹ cognoſcere futura/ q̃ⷽ cęlũ illa agat: ſed cęlũ nullũ futurũ ꝯtingẽs ineuitabil'r agit: vt Ptholemęus ait in ꝓhęmio libri apoteleſmatũ: inq̃t eniꝫ lꝫ ſtellę neceſſario ĩfluant: materię tamen ſubiectę neceſſario earũ ĩfluxũ nõ recipiũt. ꝓpterea inq̃t effect⁹ eẽ cõtingẽtes. Quare aĩa cuiuſuis hoĩs ẽt dotata cęli ṽtute: poterit futura ꝯtingentia certitudinaliter cognoſcere: quẽadmodũ nec cęlũ illa neceſſario efficit. 2° ex ꝑte miraculoꝝ. Nam ꝓpheta ſimpl'r ꝑfectus eſt/ qui ad ꝯfirmationeꝫ eius: q̃ꝺ dicit miracula facit, ꝛ primi ꝛ ſecundi/ ꝛ tertÿ gradus. Sunt enim miracula in triplici gradu ꝫ̃m ſacros: nam quędaꝫ ſunt miracula: ad quę nihil natura facere poterit/ ceu duo corpora eẽ ſimul: ſolem ſtare/ vel retrocedere: mare diuidi vt tranſeũtibus iter pręhebeat̃. Alia ſunt miracula: ad quę lꝫ natura aliquid facere poſſit: nõ tñ fiunt per modũ naturę. Naꝫ opus naturę eſt/ vt aĩal viuat/ videat/ ꝛ ambulet: ſed ꝙ poſt mor

Ayuntamiento de Madrid

tem viuat/poſt cęcitatem videat,poſt clauditiuz ambulet: operi naturę nō ſubeſt.Alia ſunt quę fiūt abſq̧ naturę p̄ncipijs.Lz eniz febris beneficio medici interduz curet̄:ſine principijs naturę non curari poteſt.At miraculuz eſt febres tolli ſine principijs naturę:q̄bus medicina vtitur.Propheta igitur,qui ea quę dicit/miraculis probat:interduz miracula ea fecit:ad quę nihil poteſt natura operari,vt duo corpora eſſe ſimul/ſolem ſtare/ꝛ mare eē diuiſum.Conſtat aūt ad hęc nec cęluz,nec naturā aliquid poſſe. Nōnunq̄ȝ miracula fecit/ſecundi ordinis/vt hoiem mortuuz reſuſcitari,cęcos videre ꝛ id genus.Ad quę nec cęlum nec natura poteſt aliq̄d operari.¶ Ex ijs argumentor:qui facit q̄dam ad quę nulla virtus cęli ſe extendit:non virtute cęli illa videt̄ facere.At ꝑpheta interdum pro eoꝝ quę dicit cōfirmatione:q̄dam fecit:ad quę nihil ſtellę poſſunt.Igit̄ nulla anima pōt nec ſua virtute/nec illius cuius eſt imago miracula facere.

Que Auicenna. ¶ Or ſi dicas/vt Auicēna aſſerit/aiaȝ miracula efficere prima ꝛ ſcōa/ꝛ tertia:non virtute ſtellę:cuius virtus eſt mutare materias:ſed motoris,qui miracula facit:hoc ſtatiȝ refellitur:naȝ motor,qui hȝ aliquod inſtrumētum ſibi ęquatuȝ: nihil poteſt agere ſine illo inſtrumēto.at ſtella eſt iſtrumētum motoris:igit̄ motor ſine ſtella nihil pōt.Inſuper aia:q̄ alicui corpori eſt ꝓpria/ꝛ forma/ꝛ motrix:aliud in corpꝰ vel aiam alterius corporis agere non pōt/niſi per eius corpus: cuiꝰ eſt ꝓpria forma.Si eni anima pręceptoris mutat animam diſcipuli:illaȝ mutare non poſſet niſi corpus p̄ceptoris mutet corpus diſcipuli/vtpote mediāte/voce/ꝛ verbis. Quare nihil poteſt intelligētia iouis niſi per actionē eiꝰ orbis:cuiꝰ eſt ꝓprius motor.Quare ſi ſtellę nō poſſunt in miracula:nec ſtellaruȝ motores in illa poterunt.Diligentiꝰ cōtra hāc poſitionem/ſcripſimus in libro de noſtrarū calamitatū cauſis:ꝛ in helionora:ꝛ dicemus in libro de triplici hominis ſtatu.

Alia poſitio Phorum:quę etiam ſ̄m mathematica fundamenta eſt.

ALij vo dicunt ꝑphetam vi ſtellarū ędi: ſed quomō non ſatis explicate habet̄.Ideo aſſerunt auctoritate Auerrois intellectuȝ agētem eſſe deum:ꝛ nobis trifariā copulabilem,vtpote natura/habitu/ꝛ affectione. Agēs intellectus copulat̄ nobis natura mediāte anima dianoetica:nam q̄ȝprimuȝ in embrione dianoetica anima eſt/tam primū eſt in homine agens intellectus:quo poſſumus abſtrahere intelligibilia de potentia ad actum. Copulatur etiam nobis habitu.vȝ.ſcientijs ꝛ virtutibus vtpote ꝑ adeptionem intellectus ſpeculatiui:nam poſtq̄ȝ in nobis eſt intellectus ſpeculatiuus perfectus:erit etiaȝ tunc nobis copulatus agens:quo ſpeculemur eſſentialiter:ꝛ non amplius ꝑ abſtractionem/ſed intelligemus per eſſentiam dei:qua ipſe intelligit.Virtutibus vo:quoniaȝ cum in nobis erit heroica virtus perfecta:qua ſenſarius appetitus plene rōni obedit:tunc deus ipſe qui eſt agēs intellectus:copulatur nobis vt forma agens:per cuius eſſentiam tunc homo omnia volūtate recta agit:rōne regulata ꝛvirtute viuit.Veruȝ ꝑ hos modos nos quibus copulatur intellectus diuinus:nec facimus miracula:nec futura cognoſcimus.Nam per primuȝ moduȝ:quo nobis nāliter copulatur/per eius eſſentiā poſſumus in nobis mediantibus ſenſibus intellectiones efficere reruȝ ſenſibilium.Per 2m quo ipſe copulatur vt forma: per eius eſſentiā intelligimus,ꝛ recta ratione volumus. At tertio nobis copulatur affectione:nam cum pręfuit coniunctio iouis ꝛ ſaturni maxima vel media:vt dictum eſt:ꝛ fuerit mercurius eo modo affectus,vt diximus:ꝛ vel iuppiter ꝛ venus ꝛ ſol partiliter iuncti in genitura:tūc anima nati afficitur ea affectione:qua deus:qui eſt agens intellectus/ſibi vt forma vnitur:quo mediante ꝛ per eius eſſentiam futura cognoſcit:ꝛ omnia miracula:quę deꝰ poteſt:ipſe poterit:vn̄ homo hoc pacto per formā hominis eſt homo:per deum: qui ſibi vnitur:eſt ꝑpheta/heroaſq̧ ſūmus.Quare quēadmodum per formaȝ hominis agit ꝛ cognoſcit:quę hominis ſunt:ita per eſſentiaȝ dei:quę ſibi vnita eſt:agit ꝛ cognoſcit/ quę dei ſunt.In hūc modū ꝑphetam eſſe nālē hi tradūt.

Confutatio poſitionis.

SEd poſitio hęc eſt mera fictio.Nā hęc affectio quā ſtellę dant:vel eſt affectio naturalis:vel ſupra naturaȝ.Supra nām quidem non eſt:q̄m cauſę illius mere naturales fuerūt.At ſi ſit naturalis:ad ſupernāle non diſponit:ſed cū deus nobis non niſi ſupernāliter vniatur:iure per illam affectionē nūq̄ȝ vnietur nobis.Pręterea nulla diſpoſitio nāliter finita:poteſt diſponere ad vnioneȝ: qua aliquid nobis infinituȝ nāliter vniatur:ſed deus eſt ens infinitū.Et illa affectio eſt nāliter finita:igit̄ illa cęlica affectio nūq̄ȝ abſq̧ miraculo poteſt eē ſufficiens mediū:quo nobis infinituȝ illud vniatur.Inſuper materia cum illa cęlica diſpōne non eſt nobilior ipſa anima:vt nemo dubitat.Sȝ aia ſola non eſt ſufficiens mediuȝ:quo ens infinitum nobis vniatur:igitur nec mā cum illa affectione/poterit eſſe ad talem vnioneȝ ſufficiens mediuȝ.¶ Quibus facile reſponderi poteſt ad rationes Auicēnę.Supponit eniȝ falſuȝ in prima ratione:non eni finis prophetę eſt naturalis:loquor de vltimo fine:nam vltimus finis eſt beatitudo:ad quā nō naturaliter peruenimus. Solo rōnū Auicenne. ¶ Ad 2am dico ꝙ anima humana eſt excellentior omni forma miſti:non tamen oportet vt poſſit omnia agere:quę omne miſtum agit.Non eniȝ agit anima humana:qđ poteſt omnis herba.Sufficit igitur ꝙ eius nobiliſſima operatio ſit nobilior nobiliſſima operatione lapidum.¶ Ad 3am/quicquid dicat Petrus apponenſis de pręcantationibus:nos tenemus illa nihil valere:efficere tamen quędam/vt Auguſtinus ſcribit/potius vi dęmonica.

Quę Thomas de poſitione Ariſtotelis ꝛ Platonis ſentiat. Cap.XII.

PRopheta vt Thomas omniuȝ theologoruȝ facile princeps aſſerit: 2ª 2ᵉ.qō.172.ar.1. duplex eſt.Alter quideȝ ſimpliciter:qui eo modo futura contingētia cognoſcit:quomō deꝰ illa intelligit:vtpote in particulari:ꝛ certa veritate determinata.Alter vo ſ̄m quid:qui futura cognoſcit/nō tamen in ſe:nec quomō deus illa intelligit.Nam cū propheta dicatur quia futura procul ꝓſpiciat:vel igitur illa ꝓſpicit determinate:quomō ea deus ꝓſpicit:ꝛ ſic ſimpliciter propheta eſt.Vel cōiecturaliter/nec in particulari/nec veritate firmata:ꝛ ſic eſt propheta ſ̄m quid.Dictus quidem ſ̄m quid q̄a non futura contingentia ſimpliciter atq̧ in toto cognoſcit:ſed ad moduȝ in parte ꝑpheta primo modo adhuc duplex eſt:aut qui diuino iſtinctu futura p̄ſentit:aut qui numinis afflatione illa cogitat.Propheta quidem ſ̄m q̄d etiā duplex eſt inſtinctu quidem vel cęli vel morbi/vel humoris:aut arte:ꝛ vterq̧ nālis eſſe poteſt:ac prophetia ipſa ſ̄m quid eſt ex puris naturalibus poſſibilis nobis.Verum hęc imbecilla eſt/ꝛ imperfecta:ꝙ non ſit niſi quorūdam euentuum dūtaxat:non oium.Itēq̧ nec certa veritate conſtans. Propheta vo ſimpl̄r:naturalis eſſe nō poteſt:cuȝ prophetia ſimpliciter eoꝝ ſit:quę ꝛ captum noſtrum:ꝛ omneȝ naturam ęlemētariam ꝛ cęlicam vt diximus excellat.Quibꝰ facile tollūtur auctoritates ꝛ rationes phoruȝ:omnes enim de prophetia ſ̄m quid locum habēt.Hęc enim nobis ineſt/ aut inſtinctu ipetuq̧/vtpote vel cęli/vel morbi/vel humoris/vel luſione dęmonum:aut arte.Altera auteȝ ꝑphetia q̄ ſimpliciter dicta eſt:nobis nō ineſt/niſi quo numine ſuper-

Ayuntamiento de Madrid

naturaliter participamus/vel inſtinctu/vel afflatione/vt di
ximus. Hęc ex Thoma lepidiſſime.

¶ Nec bona animi/nec bona naturę/nec fortunę eſſe neceſ‑
ſaria omni prophetę. Cap.XIII.

TRiplex eſt bonum:naturę quidẽ ſanitas:
quę conſtãt bona cõplexiõe/ atq̃
bona compoſitione/ vnitateq̃/ vt medici ſcri‑
bunt,robur:qđ eſt ſanitatis perfectio: ſenſuũ ꝛ
ſpirituũ bona temperies:qua intellectibus bñ
miniſtrent. Fortunę vero diuitię ꝛ honores:quibus bonũ na‑
turę decoratur. Animi autem qđ bonum moris dicit̃:virtu
tes ſunt:q̃bus ꝛ bona fortunę/ꝛ bona naturę perfectiſſima
redduntur. Ad ꝓphetã igitur ſm quid:fortaſſe neceſſaria
ſunt omnia bona:nõ quidẽ in exceſſu/ſed quo ſufficiãt ſpe‑
culationi/vt dicit Ariſtoteles in 10° ethicoꝝ lib°.vbi ſanũ eẽ
corpus/beneq̃ affectum/ꝛ neceſſaria vitę habere/eius qui
vult eſſe felix:ſcribit. Non tamen dñm eſſe totius maris ꝛ
terrę/addit. Ad ꝓphetam ſimpliciter eũ.vẓ.qui diuino in‑
ſtinctu futura pręſentit:nullum bonũ boꝝ neceſſarium
eſt. Poteſt enĩ (vt doctiſſimus Thomas inq̃t) aliquis di‑
qō.172 uino inſtinctu moueri:qui nulla nãli diſpoſitione pręaffect⁹
ar.3.2.4 fuerit. Cũ propheticus inſtinctus gratis interdũ a deo no
bis mittatur. Eadẽ rõne/nec bonum fortunę neceſſarium
eſt:cum pauperibus interdum propheticus ipſe inſtinct⁹ le
gitur fuiſſe cõceſſus. Simili ratione nec bona aĩę:quę ſunt
virtutes neceſſaria ſunt huic prophetę:qui inſtinctu diuino
futura p̃ſagit. Interdum enĩ (vt inquit doctiſſimus Tho‑
mas) propheticus ipſe diuinus inſtinctus aliq̃bus dat̃:non
ꝓpter bonũ eius:cui datur:ſed ꝓpter bonũ noſtrũ. Quo
mõ fortaſſe ſybillis/ꝛ multis gẽtilibus hic diuinus inſtinct⁹
gratis a deo fuit donatus/quatenus teſtes ſint:eoꝝ quę no‑
bis vtilia ſunt pro animi fęlicitate:beneq̃ viuẽdi rõne. Le‑
gimus in ſacris hyſtorijs diuinũ hunc inſtinctum eſſe con‑
ceſſũ etiã infidelibus quos Pheodo prophetas appellã:
quoſq̃ etiã monẽt eſſe p̃cauendos. At ꝓphetę ſimpliciter/
qui numinis afflatione futura cognoſcit:ꝛ quę cognoſcit/p̃
dicit:ꝛ quę p̃dicit miraculis probat:neceſſaria ſunt oĩno bo
na animę:quicq̃d de alijs bonis ſit dicendũ. Nam iſti non
mõ ꝓpter nos ſunt:ſed ſui gratia numine afflantur. Huius
ordinis fuiſſe complures ſanctiſſimos viros/ſacrę tradunt
hyſtorię:hoꝝ nullum gentilium/vel infidelium/eẽ legim⁹.
Quantũ igitur licuit Phis de ꝓphetis diſſerere diximus:
verum illud bonis rationibus cõfutauimus:qđ an effeceri‑
mus:vos qui phiam ſapitis:ꝛ qui me ad hoc opus compu‑
liſtis diiudicetis rogo. Illud tamẽ in hoc libro teſtandũ eẽ
volui:quẽadmodũ in alijs quoſcũq̃ ſcripſerim/me ea ſen‑
tire:quę romana ſentit eccleſia:qꝫ ſi hic aliqua calami in cõ‑
ſideratione/vel ſcribentium in curia dictum reliquerim/id
omne nõ animo aſcript eſſe eum volo. Sueſſę.M.D.XII.
die.XII. Junij compleuimus.

¶ Expliciunt Parua naturalia Auguſtini Niphi Me‑
dices Phi Sueſſani,nuperrime impreſſa. Venetijs
mandato ꝛ expenſis heredum quõdam Nobi‑
lis viri dñi Octauiani Scoti ciuis ac pa‑
tricij Modoetienſis: ꝛ ſocioꝝ.
Anno a natiuitate.1523.
Die.2.Martij.

LIBROS DEL DR. L. MAROO

**Regiſtrum.**

a b c d e f g h i k l m n o p q
c e ſunt terni Cęteri alij quaterni.

BIBLIOTECA MADRID

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid